





C



MILITARIVM  
ORDINVM  
ORIGINES, STATVTA,  
SYMBOLA, ET INSIGNIA,  
Iconibus, additis genuinis.

HAC EDITIONE MVLTORVM ORDINVM,  
& quotquot extitere, accessione locupletata, serieq;  
temporum distributa.

Studio, & Industria  
FRANCISCI MENNENII,  
ANTVERP.


Ad Illustrissimum, & Excellentissimum D.

D. ANTONIVM BARBARINVM  
Commendatorem, & Equitem Hierosolymitanum,  
ac Sanctissimi D. N.  
PAPAE VRBANI VIII. NEPOTEM &c.  
OPTIMVM PATRONVM.

---

DE CONSENSV DD. SVPERIORVM.

---



COLONIAE AGRIPPINAE,

---

Et denuo MACERATAE, Apud Petrum Saluionum.  
M. DC. XXIII.

*Ad instantiam Francisci Manuleşii Bibliopolæ Anconitani.*

*M. V. S. S. J., 1937-1938.*

# ATTENTION DEMANDE

1601261 T. L. O'NEY

وَالْمُؤْمِنُونَ الْمُؤْمِنَاتُ وَالْمُؤْمِنُونَ الْمُؤْمِنَاتُ

卷之三

1. C. 17. 17. 17. 17. 17. 17. 17. 17.

1980-1981  
1981-1982

## THE HISTORY OF THE CHURCH

10. The following table gives the number of hours worked by each of the 100 workers.



ILLVSTRISSIMO,  
AC EXCELLENTISSIMO D.  
D. ANTONIO BARBARINO  
COMMENDATORI,

*Et Equiti Hierosolymitano, ac Sanctiss. D. N.  
PAPAE VRBANI VIII. NEPOTI &c.*

OPTIMO PATRONO.



Tā natura comparatum est, Illustriss.  
ac Excellentiss. Domine, vt eos, quos  
in eo Virtutis genere, quo maximē  
delectantur; supra cōmūnē hominum  
gradum excellere conspexerimus, io-  
cunda quadā admiratione sāpē men-  
te versemus, & deuoto, arq; humili-  
cordis diligamus, ac veneremur affectu : quod si cætero-  
rum maximi bonorum suapte natura ad inuicem connexo-  
rum accesserint ornamenta, sapientum, ac proborum ho-  
minum opinione, & publica liberè peruagante fama, glo-  
riaq; conspicua, iam in eos veluti in idæas, & exemplaria,  
quorum similitudinem aliqua saltē ex parte conamur at-  
tingere, toti propendimus, & vi quadam intimē nobis in-


4

sita, ut in propria bona (liberè tamen, & volentes) agimur. Hoc mihi non refugit illustriss. ac Excellentiss. Domine, imo toto iam ferè patet orbi, cum sit perspicuum Vrbi, quæ insignis animi constantia, pietate, religione, ac omnium virtutum genere ; quæ veluti prætiosa regio insitæ diademati fulgore quodam cœlesti nitidæ gemmæ, virtutes omnes, non humanae tantum, sed & super cœlestes semper mirificè te decorant. Quare cum cœpisse mecum ipse tacitus cogitare, cui nam equestrium delitias meæ curæ ut typis excluderentur demandatas, tamquā dignissimo consecrarem, in ipso cogitationis exordio adfui cū consilio statim simul electio. Nam opus ipsum Equitem Egregium, sub cuius patrocinio tutum prodiret in lucem, satis apertè per se se postulare videbatur. Itaq; hoc quodcunq; sit illud tibi humiliter offero, ac dono ; te huic exiguo animi mei in te obsequij signo hilari vultu annuere præcor. Tuq; ò Volumen tanto dignatus patrono : eius conspectui lætiissimè, te versandum, ac probandum offeras : censor est enim æquisimus, cuius iuditio, si semel placueris, perpetuò viues, nec cuiusquam aduersa iudicia formidabis : & quam mihi denegant interposita longa terrarum spacia, oris, & cordis, & corporis humilimam reverentiæ significationem Illustrissimo, & Excellentissimo Domino meo, ac Patrono Collendissimo coram exhibere, tu præsens perfice, signis, & characteribus loquere. Anconæ die 25. Decemb. 1623.

*Illustriss. ac Excellentiss. Dominationis vestre*

Seruus addictissimus

*Franciscus Manoleffius.*



# A V C T O R E S

## Q V O R V M O P E R A

in concinandis Equitum Ordinibus vni sumus.

---



- |  |  |
|--|--|
| <b>A</b>   | Antonius Morales.<br>Antonius Poſſevinus.<br>Ariſtophanes.<br>Arnoldus Abbas Lubecensis.<br>Arnoldus Mermannus.<br>Arnoldus VVionus.<br>Aubertus Miraeus.<br>Augerius Giflenus Busbequius.<br>Augustinus Florentinus.  |
| Aeneas Siluius.<br>Albertus Kranzius.<br>Aldus Manutius.<br>Alphonsus Ciaconus.<br>Alfonſus de Sancta Cruce.<br>Alfonſus sapiens Castellæ Rex.<br>Alfonſus Toſtatus.<br>Aluarus Gomesius de Mendoza.<br>Amboſius Morales.<br>Andreas Resendius.<br>Andreas Tiraquellus.<br>Ammianus Marcellinus.<br>Angelus Constantius.<br>Antonius Beutherus.<br>S. Antonius Florentinus.<br>Antonius Garibayus.<br>Antonius Ghenuara. | <b>B</b><br>Artholomaeus d Salignaco,<br>Eques sancti Sepulchri.<br>Barnabas Brissonius.<br>Bartholomaeus Chaffaneus.<br>B. Rhenanus.<br>S. Bernardus.<br>Ber. Corius.<br>Bernardus d. Escalante.<br>Bernardus Girardus D. Hallianus.<br>Blondus.<br>Brimeus D. Imbercourtius. |

## C

**C**æsar Baronius.  
Carolus del' Osyseau.  
Carolus Sigonius.  
Cassiodorus.  
Chr. Maßeus.  
Claudius Fauchetius.  
Claudius Paradinus.  
Clemens V. P. M.  
Cælius Rhodiginus.  
Cornelius Tacitus.

## D

**D**Amianus à Goes.  
Didacus Conarruiaæ.  
Didacus Valera.  
Dion.

## E

**E**Nguerrandus Montfres-  
letus.  
Eucherius.  
Eximinus Petri Salonous.

## F

**F**Enestella.  
Florentius Haraus.  
Fortunius Garzias.  
Franc. Alfons. Venerius.  
Fran. Belforestius.  
Franc. Guicciardiniß.  
Franc. Harduinus.  
Franc. Modius.  
Franc. Radefius de Andrade.

Eques Calatravae.  
Franc. Roserius.  
Franciscus Sansoniñus.  
Franciscus Schottus.  
Franciscus Tarapha.

## G

**G**Budæus.  
Gabriel Simeon.  
Gaifredus Monumetensis.  
G. Genebrardus.  
Gonsalvus Argotes de Molina.  
Gonsalvus Illescos.  
Gregorius Nazianzenus.  
Guilielmus Camdenus.  
Guil. Filiatrius Episcopus Torna-  
censis.  
Guil. Mennenius.  
Guil. Tyrius.

## H

**H**Enricus Panthaleon.  
Herodianus.  
S. Hieronymus.  
Hieronymus de Bara.  
Hieronymus Cardanus.  
Hier. Conestagius.  
Hieronym. Comes Alexand.  
Hier. Curita.  
Hier. Lilius.  
Hier. Osorius.  
Hier. Romanus.  
Hier. Ruscellus.  
Hector Boetius.  
Horatius.  
Hugo Lupus Verdala.  
Hugo Reuelius.

Jacob.

## I

- Iacob. Aug. Thuanus.  
 Iacob. Fontanus.  
 Iacob. Gretserus.  
 Iacob. Hospitalis.  
 Jacob. Marchantius.  
 Jacob. Vitriacus.  
 Jacobus Villamontius Eques san-  
     eti Sepulchri.  
 Ignulfus.  
 Joachimus Camerarius.  
 Ioannes Azorius.  
 Joannes Goropius Becanus.  
 Io: Benedictus Guardiola.  
 Io: Battista Carrafa.  
 Io: Bodinus.  
 Ivannes Botereus.  
 Ioannis II. Castellæ Regis Hispania:  
 Io: Chrysostomus.  
 Ioannes Confettius.  
 Io: Dubrauius.  
 Io: Feronius.  
 Ioannes Frossardus.  
 Io: Funccius.  
 Io: Hayus.  
 Io: Leslaeus.  
 Io: Mariana.  
 Jo: Metellus.  
 Jo: Molanus.  
 Io: Nauclerus.  
 Io: Petrus Gutierrez.  
 Io: Pontanus.  
 Io: Sarisburiensis.  
 Io: Suallardus Eques S. Sepulchri.  
 Io: Tilius.  
 Ioannes Tarcanotus.  
 Io: Uaseus.  
 Io: Villarius.  
 Ionvillanus.  
 Isidorus.

Indianus Taboet.  
 Jul. Cæsar Scaliger.  
 Justus Lipsius.

## L

- Lambertus Schafnaburgensis.  
 Lambertus van der Burchius.  
 Latinus Pacatus.  
 Laurentius Cuperus.  
 Leonardus Florauantius.  
 Lucas Tudensis.  
 Lucius Marineus Sicularis.  
 Ludowicus Nomus.

## M

- Marianus Scorus.  
 Marinus Sanutus Torsel-  
     lus.  
 Martinus Cromerus.  
 Martinus Hamcomius.  
 Martyrologium Romanum.  
 Matthæus Florilegus.  
 Matthæus Parisius.  
 Matthæus Villanus.  
 Meyerus.  
 Michael Montanus.  
 Michael Molinus.

## N

- Nicolaus Anellus Paccæ.  
 Nicolaus Christophorus  
     Radziwillius.  
 Nicol. Vignerins.  
 Nicolaus Hautius Eques sancti  
     Sepulchri.  
 N. Nicolai.

Olaus

## O

**O**laus Magnus.  
Onusfrius Panuinius.  
Otho Friesingensis.

## P

**P**andulfus Collenuccius.  
P. Boyfatius.

Papyrius Massonius.

Paullus Amilius.

Paullus Diaconus.

Paullus Iouinus.

Paullus Merula.

Paullus Morisius.

Paulus Petavius.

Pausanias.

Petrus Beloyus.

Petrus Blejenensis.

Petrus Luceburgius.

Petrus Mathaeus.

Petrus Mexia.

Petrus à S. Juliano.

Philibertus Pingonius.

Phil. Bergamensis.

Philippus Cominæus.

Phil. Leydensis.

Phil. Moreus.

Platina.

Plinius.

Plinius II.

Polydorus Vergilius.

Pontus Heuterus.

Praxis Cancellariae Rom.

Prouinciale Romanum.

## R

**R**Aphael Volaterranus.  
Raymundus Montanerius.

Renatus Chopinus.  
Richardus VVasseburgensis.  
Roberto Cenalis.  
Robertus Gaguinus.  
Rodericus Archiepiscopus Tolitanus.  
Rodulphus Botereus.  
Ruffinus.

## S

**S**Alimbenus.  
Scipio Ammiratus.  
Sidonius Apollinaris.  
Sozomenus.  
Stephanus Garibayus.  
Stephanus Pighius.  
Suidas.  
Supplement. Chronicorum.

## T

**T**Ertullianus.  
Thomas Garzon.  
Thomas Millesius.  
Thomas Stapletonus.  
Tilmannus Bredenbachius.  
Titus Luius.

## V

**V**Egetius.  
Villaneus.  
Vincentius Lupanus.  
Vitalis Episcopus.  
Wolfgangus Lazius.

## AD LECTOREM.

Expsas in-  
dem ferè.  
M:S in Bi-  
bliotheca  
R. D. Au-  
berti Miras  
Canonici  
Annuarp.



N Regulam militum Templariorum,  
quam inter archiua equestria Petri  
Mennentij patrui repertam, & ha-  
cetenus quod sciam, nondum editam;  
dignam iudicaui, quæ prælo manda-  
retur. Quo scilicet omnibus con-  
staret, quanta ordo iste Ecclesæ Dei  
commoda attulerit, quantam disci-  
plinæ seueritatem adhibuerit, quamque res humanæ à præ-  
claro initio degenerare ferè consueverit. Conuerſi enim  
sunt (vt inquit) in arcum prauum, & neglecta humilitate  
Patriarchæ Ierosolymitano, se subtraxerunt, obedientiam ei,  
quam eorum prædecessores eidem exhibuerant, denegantes: sed  
& Ecclesijs Dei decimas, & primitias eis subtrahentes, vt  
eorum indebet turbando possessiones, facti sunt valde moleſti.  
*Vide Baro.* Neque tanè abs re fuerit tam sanctas, & pias constitutiones  
i. an. 1127. (quas à Sancto Bernardo conscripta ex stilo alijsque ar-  
gumentis contendunt eruditores) à tenebris vindicasse,  
Gresier 10. 3. de Cru. ce. Saorez de Religio-  
ne. ut posteri nimirum habeant quod imitentur, alij quod æmu-  
lentur. Exstare quidem notum est, in eiusdem Diui Ber-  
nardi operibus, sermonem exhortatorium ad Hugonem  
Magistrum cæterosque Templi milites: verum Regulæ  
prædictæ specimen impresum videre nondum licuit.

C A E T E R V M dum militarem istum campum ecur-  
rere conamur, placidùs paululum in eodem otiali datum  
est, cum nobilissimo Domino I O A N N E Van den  
H O E V E L, viro supra splendorem Equestrem,  
multis virtutibus clarissimo, qui longinquis iuxta, ac ar-  
duis tota vita confectis itineribus, legationibus, ac re-  
rum

rum vnu exerctatissimus , varia , præterquam , memora-  
uimus , Ordinum militarium statuta in tractu Orientali se-  
legisse , & notasse ostendit : nec non in Palæstina vidisse  
milites Diuo Thomæ tutelari dicatos , & rubra Cruce de-  
cussata ( Saultoir Galli vocant ) insignes : alios item San-  
cto Gereoni sacros , Cruce Patriarchali ( qualis ferè est an-  
tiqua illa in insignibus Hungariae ) tricipiti colliculo viri-  
di imposita splendescente , multaque ad illustrationem di-  
gnitatis Equestris obseruafse .

*Equites D.  
Thoma, &  
eorum insi-  
gnia.*

*Equites S.  
Gereonis, et  
eorum insi-  
gnia.*

S I C & alia fortassis alibi militaris instituti collegia ,  
nobis incognita , in plerisque orbis Christiani partibus  
latere non dubito : quæ utinam Equites ipsi , alijsque ha-  
rum rerum curiosi pleniū aliquando eruant ; illustriora ta-  
men quæq; arbitror à nobis recensita . Faxit autem Deus ,  
ut sacra ista militaria germina , per vniuersum orbem abun-  
dè spargantur , & quæ aeternum florent ; Dei in primis ho-  
nori augendo , & fidei Christianæ cultui propagando .  
In quo voto finio , & valere te , pie Lector , iubeo .



CARMEN  
AD AVCTOREM,  
ET LECTOREM.



**F**erales Lector misereri desine Cannas  
Busta Equitum, mersos generoso sanguine latos  
Clavos, & digito quod equestris fulserat aurum.  
Vnius exitium fuit ordinis, vnius Vrbis  
Clades, nec viuo magni facienda Catone.

Nos alias Cannas ( seu lamentabile fatum )  
Vidimus, haec veteres superarunt saecula casus.  
Præmia virtutum, fidei munimina sanctæ,  
Incrementa Equitum sacrorum, Sparta per orbem,  
Non censu, ait meritis, factisq; paranda, sepulcro  
Clausimus inscitiae, & cæca sepeliuimus urna,  
Funere non modico. Donec, Francisce, refossum  
Ordinis exortum, tumulataq; Symbola, luci  
Splendoriq; suo vindex asperime reddis,  
Atq; Equites vulgo in circum se iungis equestrem.

ALIVD AD LIBELLVM:

**D**ignus nobilium sinu latere  
Atq; hærere manu venit libellus.  
Thesaurum exiguis tegens pagellis;  
Ortum, insignia, nominumq; caffas,  
Sacrorum Equitum, modumq; vitæ.  
Mirum, quidquid in omnium statu is  
Sacrae militiæ videtur usquam,  
Totum sub modicis videre chartis.

Ex Admod. R. P. Fratris Pij Ioanninij Bononiensis  
Ordinis Prædicatorum Sac. Theologiæ Magistri,  
ac generalis Inquisitoris Anconitani annexarumq;  
Vrbium &c. Commissione Ego Fr. Io: Maria de  
Lugo Sac. Theologiæ Lector primus in Conuentu  
Anconitano Sancti Dominici, diligentè, ac atten-  
tè legi librum cuius inscriptio est : Militarium Or-  
dinum, Origines, Statuta, Symbola &c. nihilq;  
in eodem contra orthodoxam fidem, bonosq;  
mo-  
res inueni; quare Typis posse tradi iudicaui.

*Frater Ioannes Maria qui supra manu propria.*

Attenta dicta attestatione Imprimatur F. Pius Ioan-  
ninius Inquisitor Anconæ &c.

*Fr. Paulus Nicolaus videt, nihil contra fidem, nec contra ho-  
nos mores inuenit, si placet Illustrissimi, & Reuerendissimi  
D. Card, Episc. Macer. Imprimatur.*

*Imprimatur:*

*Antonius Franciscus Pelicanus Prothonotarius Apostolicus,  
Vic. & Auditor Gen. Illustriss. Card. Episc. Macr.*

*Imprimatur*

*Fr. Nicolaus Baldassinus Lector, & Vic. Sancti Officij Ma-  
ceratae.*



# EQVESTRIVM. SIVE MILITARIVM ORDINVM Symbola, Insignia, & Origines.

FORMA EQVITES CREANDI VETVS,  
& noua apud omnes gentes.

**D**e Equestrium virorum symbolis, & origine, siue militaris ordinis tum antiquitate, cu præ ceteris eminentia scribedo vix me expedio, quin nescio quod mihi magnificum, in eodem, & quasi supra nobilitatem excellantius nomen hoc ab antiquo præ se ferre videatur, & solia veluti ascensio Regia omnis nobilitatis civilis vindex, & pro tribunali quasi iudex sedeat. Equites, qui & milites Latinè, iurisconsultis apud omnes ferè gentes, nomen ab equis inuenierunt. *Canallieri* enim Italìs, *Canalleros* Hispanis, *Cheualier* Gallis, *Ritter* Germanis, & Belgis, *Margogh* Cambro Britannis ab equitando dicuntur, Anglis solummodo *Knights* vocantur, vocabulo, quod antiqua Anglorum, uti Germanorum lingua ministrum, siue seruientem, & iuuenem promiscè significat. Hinc in Euangelijs antiquis lingua Anglica pro cliente, *Incnijoh*, & *Radennigh*, idest ministri Equites, apud Bractonum Anglum iurisperitum anti-

quū legi memorat Guilielmus Camdenus, qui tenebant ea lege terras suas, ut domino equis inservirent, vnde truncato nomine contractius *Knightes* ijs remansisse existimat, & milites appellatos, qui prædia beneficiaria, siue feuda tenuerant ut militarent. Feuda enim militaria dicta fuerunt, & qui alibi Feudatarij hic milites dicebantur: ut *milites Regis*, *Archiepiscopi Cantuariensis*, *Comitis Regeri*, *Comitis Hugonis* &c. quod ea lege prædia ab illis accepissent, ut illis militarent si denique, & hominum præstarent, cum alijs qui pro solidis militarent. Solidarij, & levigantes appellarentur,

Solidarij.

Addit quæ de his luculenter scriptit Viglius in Rubr. Institu. de Test. milit. Verum hi, siue milites, siue Equites appellare libet, Auratorum nomē hodie ab auri præcinctura, vel auratis calcaribus inuenere: exemplo nempe Romanorum, apud quos milites Cornicularios, Monozonos, Rudiarios, & Commeatales Passim (ut Ramnensium, Tatiensium, & Luciferum centurias à Romulo: Equitum item Augustalium à Tiberio Cæsare institutas, quibus Drusum filium T.

Equites  
Augusta  
los.  
Tacitus  
li. 7 Am  
nals.

A

Clau-

**Claudium, & Germanicum nepotes adscriptis, omittam) obseruamus, nō aliunde, quām ab ornamento in signibns, quibus ob emeritam militiam decorati fuerant denominatos.**

Quō pertinet, & illud Vegetij lib. 2. de Re mil tari. Primi generis Commentarienes, & Clauicularij dicebantur: secundi generis Corniculairij, qui emeriti milites erant armillis corniculisq; virtutis ergō donati. Quod hodiē etiam num aliquot Germaniæ Principes in more habere tradit Lazijs, vt aulicos sūos multo tempore cognitos, & in varijs ministerijs virupatos similiter corniculis a gento comprehensis, & ex humeris suspensis donent. Qualiter Petrus Beloijus scribit Hēricum II. Gallorum Regem Aurelianētem adhuc dum existentem post liberatam obfīdione Landresij vrbum Cornicularios equites creasse quo nomine scilicet appellari ius esset eos, qui prælij tempore in nauat. virtutis præmium ad id dignitatis cooptarentur.

**Torquati.** Torquati similiter & duplicati erant milites, torquim ornamentijs, vt illi corniculis, decorati, quibus & duplex plerumque stipedium dabatur, vnde Duplares dicti sunt. Quo ex euentu Manlio Torquato memoria apud posteros manst̄, quam historiga scribit Liuius lib. 7. primæ Dec. Porrò manet, & Germanis hoc militum genus, ter quatique, ac ampliori stipedium incedunt, qui aut aliquot annos stipendia fecerunt, aut loco nobili nati ceteris in acie præferuntur. At neque nomen vetus omnino obijt, gentilicia lingua *Doppeloldner*, vulgo nuncupamus, De torquium donis siue insignibus, Liuius lib. 4. Dec. 3.

**Monozoni.** Monozoni, illustres olim cingulo militari, siue Baltheo fuerunt etiam honorati inter Milites. de quibus iureconsultis fit mentio in lege Valentis. Quem à priscis temporibus ad Germanos morem esse deuolutū inuenimus. vt sicut apud Romanos ob egregia facta miles Baltheo donaba-

tur, ita veteriori adhuc in militia Germanorū, cingulo, ac gladio (quæ hodie ornamenta in calcaria sunt verfa, & auri præcincturam) miles emeritus publicè ornabatur. Hinc cingulo donare elegantius, & prisco ex more dicimus. quod hodie mutata consuetudine gladio percuti, & auratum fieri Equitem dicere solemus. De Baltheorum ornamentijs Iulius Capitonius in Maximinis, & Gordianis, & Cassiodorus inclinantis imperij auctor in epistola ad Colossum Comitem, alijque fusè meminere. Ad quæ adludens Otho Frisingensis lib. 1. de rebus à Friderico I. Cæfare gestis cap. 32. cum de Geyfa Hungariae Rege bellū Austriæ inferente loquitur: Alter die Rex in predicto campo ad quandam ligneam Ecclesiam accedit, ibique ab Episcopis (nam eo vijus in puerilibus annis constitutus nōdum inilitem induerat) accepta sacerdotali benedictione ad hoc instituta, armis accingitur. Sic de Austria principibus veteribus annales antiquissimi à Lazio citati referunt. Anno 1104. Leopoldus Marchio Sandus accinctus est gladio. Anno 1180. Otacher ex Marchionè Styriensi Ducis nomen adeptus est, eo anno quo & gladio accinctus est. Et iterum anno 1225. Fridericus Dux Austriae, & Styria consecrationis ensis dignitate Vienna sublimatur. Atque hinc arbitratur Lazio morem istum defluxisse, quo hodie sed inuerso, Germani vtuntur: vt Principes sicubi aliquem ob laude parta facinora decolare volunt, gladio tangant, quos Equites auratos passim vocamus, & quos veteri more cingulo militari donatos appellant. Non enim gladio verberabantur, quod hodie sit, qui insigne aliquid in bello, aut prælio egissent: sed gladius illis cum Baltheo à Principe accingebat. Et qui Monozoni iureconsultis Giæca origine, historicis verò cincti nuncupati, hodie Equites aurati, quod aurum in calcaribus, scilicet, & gladio gestare possint, appellantur. Hinc legimus in Annalibus peruetustis Austriae:

Li. 3. Vx:  
riar. lect.

**Committa-  
rienses.**

**Clauicu-  
larij.**

**Cornicu-  
larij.**

**Torquati.**  
**Duplares.**

**Herodia-  
nus lib. 4.  
& 5.**

strix: Anno Domini 1245. Fridericus Dux Austria auro plenus & argento infesso S. Georgy, 140. iuuenes de terra sua nobiles apud Viennam honorifice donauit gladio & cingulo militari. Equidem in peruetustis picturis, & sculpturis licet talem ciuitatim videre; cingulum scilicet bullis auris grane, ac densum, in lumbos, ac ventre demissum: vnde pugio ex uno, & ex altero latere gladius pendent. Cuius porrè figuræ Romanis cingulum, & præcipue principibus fuisse, ostendit Claudianus Panegyr. 2. Stiliconis.

*Quin & Sydonias chlamydes; & cingula baccis.*

*Asteria, gemmasq; togas &c.*

Licer autem illi Milites simpliciter armati, nostræ ætate orci ne postremi, institutione tamen ante cæteros ordines militares, sunt pr mi & antiquissimi. Ut enim Romana gens togata, virilem ætatem ingredientibus, virilem, & puram togam donauerunt; ita maiores nostri Germani suis iuuenibus, quos armis tractandis idoneos iudicarunt arma donauerunt, quod suis verbis docebit Corn. Tacitus. *Arma sumere non ante cuiquam meris, quam ciuitas sufficieturum prebauerit.* Num in ipso concilio, vel principium aliquis vel pater, vel propinquus seculo si-  
-mique iuuenem ornant. Hec apud illes toga, hic primus iuuentorios ante hoc datus pars videntur max Rei publica. Cum autem huiusmodi iuuenes militares sua lingua, vti & Belgæ & Angli Knechis vocarint; hinc & i omnis, & institutionis originem respondam censem. Hæc prima & simplicissima creandi Militis ratio; hac i o. gobardi, hac Franci, hac Belgæ, hac Argli, qui omnes è Germania profecti, olim vni sunt. Prodit Paulus Diaconus lib. 1, cap 22. apud Longebardos censitudo est, ut Regis filius cum tare non grandeat, nisi prius à Rego gentis extera armis suscipiat. Nec prius Aragonie Regibus imperij insignia capissere ius erat, quam Equestris auctorameto (quod de Petro Aragonum Rege, qui ab Innocentio II.

P.M. militare cingulum accepit ann. 1204. (testatur Hier. Blanca) esse ne decorati. Carolo vero Magno (qui Detyd. rium ultimum Longobardorum Regem regno eiecit) imperante militem inaugurationi, colaphi ultum adhibitum fuisse, docent manifestè eiuldem tabulae, quibus Frisonibus libertatem, & alia id genus priuilegia, ob fortit. i nauatam contra Saxones; peram concedere dignoscitur; & ob rei antiquitatè hic recitare pro parte opera pretium duxi, ita etenim inquit. *Insuper statuimus ut si qui ex ipsis susceptionem habuerint, vel militari voluerint, dicta Potestas (quod Frisonum Principi Regi loco tu no men erat) eis gladium circumcingat & dato eisdem, sicut consuetudinis est, manu colapho, sic Milites faciat, eisdemque firmiter iniungendo precipiat, ve deinceps more Militum facri Imperij, aut Regni Francie, armatis incedant: ed quod consideramus, si predicti Frisones secundum statutam corporis. Exformans eis à Deo, & natura datam sic militaverint. cunctis in orbe terrarum militibus sua fortitudine ingenio & audacia, (dum modo ut prædictum est, sine armati) facile præcellent & præualebunt. Qui Frisones signum sua militie à dicta ro testate recipere uebent in quo corona imprimis concessa auctoritate dicta. Datum Rome in Lateranensi Palatio, anno Domini incarnationis octingentesimo secundo. Nulli enim etiam illi Magates & ad bella sacra proficilentes, militum nomine celebantur, nisi per militaris Regulæ professionem inaugуrati ac lacra veluti militiae adscripti fuisserent. Addo, cæteri etiam Comites, Duces, Reges, & Imperatores, vt Molanus tradit, Armigeri non Milites dicebantur. Huc pertinet illud quod in vetustis Brabantiae nostræ Annaib[us] scribitur, Godefridum Brabantiae Ducem iter erosolymam verius instituisse, eiusque filium Henricum Militem creatum fuisse. Tale & illud est, quod de Guillermo Hollandiæ Comite illorum temporum vi-*

Martin.  
Hamcon,  
de Rebus  
Frisia.

Insignia  
militibus  
Frisijs à  
Carolo Ma  
gno atti  
buta.

1183.

cinus scriptor, & Ioannis Traiectensis Episcopi; ac Guilielmi Palatini Comitis Hollandiae Historicus, Ioannes Becanus memoria tradidit. Eum adhuc armigerum existetem cum esset Domicellus Hollandiae, in Imperij Regem Romanorum electum fuisse, & eapropter mox apparatum fecisse, ut more a iorum Christianorū Imp. Miles consecraretur, priusquā Aquisgran diadema regni iuiciperet. Cū itaque in solemni Missæ officio Euangelio decantato, Guilielmus armiger à Rege Bohemiæ coram Petro Capuccio Cardinale S. Georgij, ad velū aureū produktus fuisset, Bohemiæ Rex qui eum sistebat, hæc ad ilultrissimum Cardinalem verba depropnxit. *Vestra Reverentia Pater alme filie, presentamus hunc electum Armigerum deuotissime supplicantes quatenus vestra paternitas votiuam eius professionem suscipiat, ut militari nostro Collegio inscribi valeat.* Tum vero Cardinalis, premissa monitione, qua electum Imperatorem instruebat, quod Miles debeat esse.

*Magnanimus in aduersitate,  
Ingenius in consanguinitate,  
Largitus in honestate,  
Egregius in curialitate, &  
Strenuus in virili probitate.*

Prælegit ei militaris regulæ iugd, cuius hoc exordium est. *Hec est regula militaris Ordinis. In primis cum deuota recordatione Officium Dominica passionis diuinationem audire profide Catholica audiacter corpus expondere, Sanctam Ecclesiam, et usq; ministros à quibusunque grassatoribus liberare. Vinducas, pupilos, & orphanos in eorum necessitate protegere. His & ijs quæ ad finem regulæ secunduntur, lectis. dixit Dominus Cardinalis. Vis militarem ordinem in nomine Domini deuote suscipere, & regulam tibi verbottenus explicaram pro tua possibilitate profiteri. Respondit Electus, Volo. Et mox accepta regula legit in hæc verba. Ego Guilielmus Hollandiensis militia Prin-*

*ceps, Sacri Imperij Vassallus, liber, iusseriendo profiteror kegula militaris obseruantiam, in presentia Domini mei Petri ad velum aureum, Diaconi, Cardinalis & Apostolica edis Legati per hoc sacrosanctum Euangelium, quod manutango. Cui Cardinalis, hei deuota professo sit peccatorum tuorum vera remissio. Amen.*

Quibus peractis Rex Bohemiæ grādem colaphum in collum tyronis dedit dicens, *Ad honorem Dei omnipotentis te Militem ordino, ac in nostro Collegio te gratianter accipio. Et memento quoniam Salvator mundi coram Anna Pontifice pro te colaphizatus, & illusus est; coram Pilato preside flagellis cesus, ac spinis coronatus; coram Herode clavide vestitus & deritus est & coram omni populo nudus, ac vulneratus in Cruce suspensus est. Cuius opprobria memorari te suadeo, cuius crucem acceptare te confulo, cuius etiam mortem Christi vicitu te moneo.*

Nec non Godefridus Bullonius in Antuerpiensi Marchionatu suo, exercitus ducendī in Asiam primitias roboraque deligens, ac in ipsa adeo vrbe, Equestrī titulo ciues duodecim duodenario Apostolorum numero prouocatus decorauit, maximæ rei magna in hoc Apostolico delectu initia daturus, dum felici omni ex vna hac vrbe securarum victoriarum prænotione quamdam, sp plenus è lacrato hoc numero ominatur, & spem acti de Turcs Saracenisque superarunt triumphi. Prisci autē Franci, (qui formulas, & cæmonias in rebus plurimis obseruabant, vt lex Salica testatur) instituēdis Equitibus multas adhibuerant, vt prius vigilarent diu, balneisque & alijs rebus vte rentur, quibus docebant, qui ordinē hunc fulciپunt eos. corde animo- què mundo & honestis cōditionibus venire oportere, virtutis causa omnes labores, & difficultates strenuè perferre, prudentia in sermone. & operibus vti: in primis vero fidem veritatemque colere; quarum cæmoniarum usus quondam in Hispania cele-

celebris in Regum, & Equitum inauguratione: cuius rei exemplum profert Curita, & Blanca de Ferdinandio Ioannis I. filo, qui pridie sublimationis in regnum Aragoniae facta peruigilatione in Calaraugustana Ecclesia maiori, à Duce Gand & Militari Baltheo cinctus & Bada in Hispania milites iisdem solemnibus inaugurati ab auctoribus memorantur. Et memoria nostra mos idem perstat in Anglia, quæ viros eiusmodi vocat *Balneorum Equites*, quorum solemnia infra suo loco celebratur sumus.

At cum Religio ita animos hominum occupasset, ut nihil bene & auspiciare factum, quod à viris religiosis non profectum censerent, ab illis gladium maiores nostri, paullo ante Normannorum in Angliam aduentum acceperunt, quod his verbis qui tum vixit, signum plus qui militie legitime consecrandus esset usque procedente ad Episcopum, Abbatem, monachum, vel sacerdotem constitutis de peccatis confessi nem fatores et absolvunt, orationibz deditus in ecclesia portocaret, in crastinum rem sacram audiaturus gladius super altare offerret. Et post Euangelium sacerdos benedictum gladium Militis collo cum benedictione imponeret, & communicatus sacris Christi mysterijs denuo legitimus miles permaneret. Nec statim sub Normannis exoleuit, scribit enim in Pollicratico Ioannes Salisburiensis, Inoleuit consuetudo solemnis ut ea ipsa die, qua quisque militari cingulo decoratur, Ecclesia solemniter adaeat, gladioque super altare posito. Et oblate, quasi celebri professione facta seipsum obsequio altaris deuoueat, Et gladij id est, officij sui iugem Dominus respondens simulacrum Petrus etiam Beccensis Epili. 94. Hodie tirones enses suos recipiunt de altari, ut profiteantur se filios Ecclesia, atque ad honorem sacerdotij ad unionem pauperum, ad vindictam malis factorum et patria liberationem gladium accepisse. Porro res in contrarium versa est, nam ex quo hodie militari cingulo decoratur statim insurgunt in Christos Domini & desauient in patrimonium crucifixi. Atque hoc quod gladio cin-

gi voluerunt, deductum proculdubio, ut diximus à militari Romano-Officio de rum disciplina, quia ut illi priusquam sacramento militari gladio stricto obligati fuerant, pugnare eum hostibus nefas existimarunt: ita Chrittiani, non sibi legitimè militare licere opinati sunt, priusquam hac ceremonia legitimæ militiæ consecrarentur; qua Fridericum I. Imper. (apud Othonem Abbatem Fribingensem) & Guilielmum Rufum Angliæ Regem à Lanfranco Arci pisco Mitem factum legitimus. Sed haec confusudo paullatim in desuetudinem abiit: ex quo Normani ut habet gñulphus irriferint, & exploserint, ac Synodo habita VVestmonasterij in Anglia anno 1102. sanctum fuerit, ne abbates faciant Milites, quod nonnulli tamen exponunt, ne Ecclesiæ prædia militari feudo tenenda Abbates concederent.

Exinde ad Principes vicinos Reges filios mittere solebant, ut Equestrem ab illis dignitatem acciperent; sic Henricus II. Anglorum Rex ad Dauidem Regem Scotorum, & Malcolmus Rex Scotorum ad Henricum II. sic Alexander Guilielmi Scotorum Regis filius anno 1212. in Angliam, & Eduardus I. ad Alfonsum XI. Regem Castellæ profecti sunt ut acciperent ab iis *Arma militaria* sive *virilia*. His enim loquendi formulis pro creatore Equitis eo seculo vni sunt. Tunc etiam ad ornamentum præter gladium, & cingulum calcaria aurata etiam accesserunt; vnde *Milites*, & *Eques* aurat hodie vocantur. *Jus lus sigillio*: etiam sigilli additū. Antequam enim Baltheo militari cincti erant ut colligatur ex Abédonensi libro, sigillo vti non licuerat, quod descripsum, inquit, Richardus Comes Cestrensis sigillo matris Ermentridis signare constituis. cum (n. ndū. n. militaris Baltheo cinctus erat) nesci que libet ab eo directe materno sigillo includeretur. Et in Burgudia in decreto Iacobi & Guilielmi Iusti e. Augusti 1376 dicitur *Armiger* cū Equestris ordinem suscipit, sigillū mutare,

Sub-

Subsequentiestate ex censu, ut colli-  
git Camdenus scriptor Angelicus, fa-  
cti fuerunt milites, qui enim feudum  
magnum militare, id est ( si antiquis  
schedis villa fides) 680. acras terræ ha-  
bebant, ordinis militaris ornamenta  
suo quasi iure postularunt. Imo sub  
Henrico II. quodammodo coacti fue-  
runt Milites fieri, quotquot libras  
quindecim ex annuis terrarum redi-  
ditibus collegerunt; ut iam titulus po-  
tius oneris, quam honoris videretur:

Ita enim habet Historia minor Mat-  
thæi Parisi, qui ante 350. circiter an-

nos in Anglia nec infideliter scripsit.

Anno 1250. exiit editum Regium pre-

ceptumque est ei acclamatum per totum

regnum, ut qui haberet \* XV. libras ter-

ra & supra, armis redimitus tirocinio do-

naretur, ut Anglia sicut Italia militia

reboraretur, & qui nollent, vel qui non

possent honorem statu Militaris sustine-  
re, pecunia se redimerent. Vnde in ar-

chiuis regni toties occurrit Pro respe-  
ctu militia A de N. I. H. &c. hic vi-

que & vtterius, vt innuere videtur di-

cetus Camdensus in formula inris Au-

glici, vbi duodecim viri, sive iurato-  
res, nominantur, apud quos facti fit

prolacio, illi Milites dicti erant, qui-

bus eras feudum integrum, illique Mi-

litites gladio cincti, qui à Rege Baltheo

cincti militari, quo tempore cū Rex

Militares crearet, ut habeat idem Mat-

thæus Paris, Veste deaurata, ex prelio

siffimo Baudekino & coronula aurea re-

dimitus: gloriosè in felio sedet, singulisq;

militibus 100. solidos pro harnesiamen-

tis praestit. Nec solum Rex, verum

etiam Comites eo seculo crearunt Mi-

litites. Meminit enim idem auctor,

quomodo Comes Glecestriæ Vil-  
helnum Fratrem suum proclamato

Torneamento, & Simon de Montefor-

ti Comes Leicestræ Gilbertum de Cla-

ra, Baltheo cinxit militari. Ut in Gal-

lia quod ex formula litterarum nobili-

lationis constat qui nobilitatis eius-  
modi literas obtinuit. à quo cūque mi-

lite voluerit, valeat militia cingulo deco-

rari, & in Hispania vt Hier. Curita

testatur, in coronatione Alföli 4. Ara-

\* 500. alijs.

gonum Regis, qui Cæsaraugustæ, à  
Petro Luna Antistite sacro oleo per-  
unctus, sacro Resurrect. onis Domini  
die anno 1328. Militari auctoramen-  
to à Rege in maximt illa celebritate,  
honoribus præmijs, atq; summo splen-  
dore hi proceres decorantur, Iacob-  
bus Exerica Petrus Arborensis, Ry-  
mundus Folchius Cardonensis Vice-  
comes, Arno dus Rogerius Comes  
Polliariensis, Lopus Luna. Alfonius  
Ferdinandus Ixeritanus, Guilielmus  
& Berengarius Anglefolz. Ioannes  
Simenius Vrrea, Petrus Cornelius  
Guilielmus Ceruillonus, Otho Mon-  
cada, & Atho Focius. Celebrata per-  
uigilatione singuli eorum procerum  
militari auctoramento ad CLXX.  
alios virtute, & nobilitate præstantes  
viros cohonestauere. Præterea Petrus  
Regis frater, Castellinoui, & Vylan-  
noui Vicecomites, Guilielmum Eri-  
lium, & Gilabertum Croilliam, &  
Raymundus Berengarius Regis itidē  
frater alios eisdem insignibus legum-  
quæ militarium societate deuinxere,  
& a Ray. nundo Folchio Vicecomite,  
Raymudus Cardona eius frater, Amo-  
rosius Rebelli. & Petrus Aragal  
eodem auctoramento obstricti sunt.  
Ad CCL. auctoritorum Raymundus  
Montanerius per quam grauis illius  
seculi scriptor, qui se huic rei præsen-  
tem fuisse prohibet, & triginta millia  
Equitum, qui Regem ex arce Aliafe-  
riæ in ædem maximam Salvatoris le-  
scuti, numerum extitisse prodit. Ve-  
rum honore illo, qui virtuti, ac meri-  
tis prius tamquam eximum operæ  
nauiter militaribus studijs insumptæ  
prætium, ac præmium dabatur, sen-  
sim vilescere, ob nobilium indignis  
eundem conferunt multitudinem,  
Reges potestatem militaris auctora-  
menti sibi resumpserit: adeo ut nemo  
miles crearetur nisi vel ab ipso Regi,  
vel Regis primogenito, accepta prius  
à patre auctoritate; vel à Regis Lega-  
to, sive præfecto in exercitu, idquæ  
vel ob res fortiter gestas, vel geren-  
das, aut togatam prudentiam. Et hoc  
sane à Regibus Anglis prudentissime  
in

Hispaniæ  
lites.

Hier. Bla-  
ca in Com.  
Rerū Ara-  
gon.

Lib. 8.

institutum, cum feuda iam nō sibi essent, quæ donarent. Nihil sane valentius ad excitandos viros strenuos, atque adstringendos sibi optimos benequè meritos qui claro loco nati. & à re instructi, quam illos hoc titulo Militum honorare (qui ante honorata tantùm functionis nomen erat) benignè, & benevolè exornare, qui cum Principe consulto, meritoque deferebatur ampli sane præmij beneficij quæ loco, & inter insignia honoris habebatur. In hoc enim virtutis mercedem, familiæ laudem, generis & nominis memoriam collocatam, qui sic milites facti existimarentur. Adeo ut Iuris consulti nonnulli scripserint quod

**Miles non men dignitatis.**

Miles sit nomen dignitatis, non item Baro; olim enim Baro. si non ex hoc ordine esset Equestris, simpliciter suo prænomine, & nomine sine aliquo adiuncto. nisi Domini (quod etiam militib. competit) scribebatur. Militis autem nomen honorarium videatur adiunctum, cum Reges, Duces, Marchiones, Comites & Barones dignitatem vna cū nomine experient. Observationeque dignum est Equestris ordinis nobiles tanti fuisse olim, quanti nunc ferè ipsi Comites: habebant enim suos clientes, armigeros, ephelbos, satellites, ministros concollore secum ueste amictos: cuius rei exempla profert Hembriomitus in suo Nobilitario. Adeoque in diplomaticis antiquis videbis etiam Barobus præponi Equitum nomina, exceptaque veteris ritus uestigium in archiis Louaniensibus, vbi cauetur ne quis Equestris Balthro cingatur, nisi tertio cum duce ad bellum profectus esset, vnde toties in collata dignitatis tabulis numerus expeditionum in primis sacrarum adscribi solet, quod de Guillemo de Rode spectatissimæ virtutis milite tradit 1. Lipsius Rerū Louanijs libro tertio, iuuat hic interferere, quæ de creatione militū tempore Eduardi I. scripsit Matthæus Florigalus. Ad augmentandam profectio- nem suam fecit Rex per Angliam publicè proclamari, ut quosque tenerentur

fieri milites, successione paterna, & qui haberent unde militarent adessent apud VVestmonasterium in festo Pentecostes, admissuri singuli omnem ornatum militarem præter equitarum de Regia Garde roba. Confluentibus itaque trecentis iuuenibus filijs Comitum, Baronum & Militum, distribuebantur purpura, Eysina Syndones, cyclades auro teste affluentiissimè. prout cuique competebat. Et quia Palatum regale erit amplius, tamen ad tot occurrentium turbam angustum fuit, apud nouum templum Londini, succisi lignis pomiseri. prostratis muris, excedente papilones & territoria, in quibus tirones deauratis uestibus se singuli decorarent, ipsa autem nocte in templo prædicti tirones; quotquot poterat capere locus ille suas vigilias faciebant, sed Princeps VValtis præcepto Regis patris sui, cum præcelsis tyronibus fecit vigilias suas in Ecclesia VVestmonasterij: ibi autem tantus clangor tubarum, & zibicinum & exaltatio vocum prægaudio exsisterat clamantium, quod conuenitus de choro ad chorū non audiretur in bilatio, die autem crastino cinxii Rex silium suum Baltheo militari, in palacio suo & dedit ei Ducatu Aquitanie. Princeps ergo factus miles, perrexit in Ecclesiam VVestmonasterij ut consocios suos militari gloria pariter venustaret. Porro ranta erat ibi pressura gemitum ante magnum altare quod duo milites moverentur, quamplures syncopavent etiā cum quilibet ad minus tres milites ad se descendunt & tuendum haberet. Princeps autem propter turbam comprimentē non secus, sed super magnum altare diuisa turba per dextrarios bellicosos, socios suos cinctit. Apud Gallos item cæteraque Europæ nationes obtinuit, vt à parentibus filii Equestris insigniantur honore: sic Philippus Augustus Ludouicum Leonem filium aliosque centum nobilissimos viros Compédij ad Esiā Baltheo militari donauit, parique honore S. Ludouicus Philippum Ter- Papyrius tum, hic Philippum Pulchrum, Pul- Masonius cher tres alios suos filios præsente lib. 3. An Eduardo gennero Anglorum Rege af- nal. fecere: hic mos fatus antiquus vide- tur.

tur, à Græcisque Cæsaribus & in Italia à Theodorico Rege olim obseruatus. Athalaricus enim Eutharicum patrem à Græco Cæsare Anastasio filium, per arma adoptatum prædicat, & Theodoreci apud Cassiodorum epistola aliquot leguntur, quibus Reges & priuatos quosdam per arma filios adoptat, hoc enim sermonis genere

*Philipp. Co  
mines li.  
3. de bello  
Neap.*

vitur. Fiebant olim nonnunquam Equites ante irruptiones & prælia; quæ consuetudo in eiusmodi periculis & angustijs obtinebat, quod eos hac re animatos, officium magis facturos cogitarent, & si morererentur,

*Equestris  
dignitas no  
bile roddit.*

Equestrem honorem habituros, nam Equestris dignitas in acie quæsta nullis omnino aut factis, aut maiorum imaginibus claros nobilissimos reddit, qua etiam ornari ipsi Reges à Vallis, & strenuis viris non dediantr. Ludonicum XI. à Philippo Bono Burgundia Duce, Henricum II. à Mariscallo Bisensi, Franciscū I. Gallorum Reges memorabili illa pugna Meligiacensi à Petro Baiardo, Eduardum IV. à Comite Deuoniæ, Henricum VII. à Comite Arôdelia, Eduardum VI. à Duce Somerfetti, aliosque ab alijs Equestris ordinis ornamenta accepisse legimus. Froissardus ridiculam narrat historiam in castris Philippi Valesij, ac Eduardi III Regis Anglorum factam, cum prope esset vt die condicto dimicarent inter Virolyfossam, & Flammengueriam, lepus ante castra Gallorum excurrēs tantum barritum excitauit, vt postremi audientes & pugnæ initiu esse cogitantes, sese ad arma compararent, quidam autem hippocomi optime animati Equestrem ordinem postularūt, cumquè non dimicasset exercitus, sed rebus infectis Rex. Eduardus discessisset, hic semper ex eo tempore Equites Leporis sunt appellati. Sæpius etiā post pugnam fortibus viris, quorum bello spectata virtus extitisset, spectante omni multitudine patentibus campis militaris honos delatus; ijsque solemnis Rodericum Diam de Biuar cognomento? Cidum (cuius

nomen Mauris in Hispania maximè fuit terrible) à Ferdinandō I. post capitam Coymbram, Equitem creatum tradunt Hispani, sic heroicæ fortitudinis viros à Carolo VIII. Gallorū Rege post victoriam Farniensem, sic à Carolo V. Imperat, post deuictum Saxonem Equestri ordinis ascriptos constat, tanta passim nobilium accurrente multitudine, vt cum omnibus singulatim eam dignitatem conferre non posset, vulgari Hispanorum lingua exclamaret; *Sine omnes Equites.* Sic varijs post partam victoriā principibus militari auctoramento cohonestatos, apud historicos inuenias. Mitto quanto huius ordinis splendore & magnificientia Imperatores & Reges mutua quadam monarchis inter se, & genuina nobilitatis conferenda, iure gentium facultate alterutrius subditis. & legatis decus hoc militare contulerint, eoquè honore ornatos dimiserint.

Cætera quæ ad hunc ordinem spestant, quam præclarus, gloriosus, & quam splédidum præmium altissimis animis gloria, honorisque cupidis, Equestris hic ordo apud maiores nostros habitus fuerit, quam studiose fidem, & veritatem coluerint, cum satiis fuerit, si vt fideles Equites, vel Equestri fide aliquid sponderent. In literis obligationis Hugonis Comitis Sancti Pauli, Guidonis & Iacobi fratrum, quæ Philippo Pulchro Rege conscripta sunt in Aprili 1289. de comparato agro avenati, in Hannonia spondent illi fide suorum corporū vt fideles Equites. In literis quoque Ioannis Grellij moderatoris Bucensis bello capti, quibus spondebat Septembri 1364. Regi Carolo V. se in vinculis mansurum, voluit, si contra veniret, haberi pro falso improbo perfidoque Equite, & ad signum rei stema suum inuertisurfum deorsum, atque ita apud omnes iudices reum peragi. Ioannes Dux Britanniæ inita cum Rege Carolo VI. pace XV. Ianuarij 1380. iurauit XVI. Aprilis sequentis, se conuentiones eas obseruanturum,

*De fide E  
quitum.*

torum, mandatique Percevalium. Chaborum Equitem ( qui propter ea in vincula fuerat coniectus, quod decreto euidam restitisset) solvi ex vinculis, modo daret fidem se decreto illi paritum Equestris fide. Et Carolus V. summi animi Imper. cum aliquid affirmaret, id fide nobilis, & Equestris viri se affirmare aiebat. Adde & Equites in tabulis Ducum Brabantia vocari semper fides & amicos, deles amici, alios needū militari Baltheo cinctos fideles ministros generosus knaben intellige Scholis Knaben, idest armigeros. Hac suit existimatio. h.e.c Belgarum, & Gallorum Equitum fides, quam Cicero appellat omnis iustitia fundatum. Cum Reges Galliae, filij aut fratres sivebant Equites, solemnitas plurimæ obseruabantur, vbi Reges insidebant coronari, & publicum omnibus epulum exhibebant. Docet Ionuillanus in Sancti Ludouici vita Regem illum cum Alfonso frater, Pictonum Comes, & Druidensis Comes Equestrem ordinem acciperent, solempne epulum habuisse Salmurij tam magnifico apparatu, quam videri vnam potuerit, rebus omnibus opibusq; circumfluentibus.

Atque haec vna est ex causis quatuor, quibus pro consuetudine subditis regalis Dominij Vasallisque indicatur pensatio, ex quo apparet fuisse in solemnitate hac sumptus aliquos ex vsu & consuetudine, cuiusmodi etiam pessatio feudis Militaribus indicis solita, cum Princeps primogenitus Regis Angliae filius hoc honore ornaretur, scribant alij. Ex iureconsultorum sententia Equites vbiue & in Imperio & in alieno dominatu institui possunt, vti in colloquione Frederici II. Imperat. & Sancti Ludouici Abbas Trithemius scribit, Comitem Provinciæ ab eodem Imperatore Equestris dignitate ornatum. & Sigismundus Cæsar in Martio 1415. parlamenatum habuit Parisijs, & liti præfuit inter Dominum Pestellanum, & Signellum agitata, de officio Seneschalchi Belcariensis, Signellus autem fuerat

ipsi commendatus; cum itaque audiret ab aduersario obijci Signellum non esse Equitem, eum aduocauit, dicens sui iuris esse vt faciat Equitem, ita arrepto vnius è suis nobilibus gladio ter Signelli in genua procidentis dorsum percussisse, deinde adempsum vnum ex aureis calcaribus suis illi induisse. ac postremo zonam accinxisse, cui magnus culter pro gladio appendebat. Hoc autem factò nihil contra maiestatem, aut ius Regis tentatum esse definit Tilius in Rebus suis Gallicis. Et Cuspinianus tradit Rodolphum Imperator. adfidentibus Regibus Bohemiae, Hungariae, & Poloniae, quibus singulis enlem tradi curauerat, Equitum in augurationi celebrandæ, ducentos amplius Equites creasse, eo fermè ritu, vt vna manu tyronum humeros leviter ferirent, altera verò per benignè eos exciperet. Equestris etiam dignitas iustum nobilitatem à patre arguit.

Quod ad seruitutem, in questionibus à Parlemento Parisiensi, habitis 1269. iudicatum est, Laurentium, qui cubicularius Rohannensis dicebatur, nobilem à Patre, ac non à matre Equitem esse posse. Similiter alijs questionibus inueniente Nouembri 1285. iudicium factum de Hugone Querneo: hoc verò ita accipiendum est, si mater est libera; nam si serua fuerit, aut nexa, etiam ex patre nobili seruirent filij, in seruum autem non cadit Equestris dignitas. Philippus tamen Belmanorianus Praefectus, Claromontanus apud Bellouacos, in suo (vt vocant) consuetudinario cōposito 1285. narrat filium nobilis cuiusdam, & serua fuisse, Equitem ab eo factum cuius erat serua, relecta verò seruili conditione eius, voluisse filium in seruitutem asserere, dicendo eum à se cum seruitutem ignoraret, Equitem fuisse factum, sed favore libertatis liberum illum, ac Equitem permanisse, quia Equestris Ordo à seruitute vindicat. Si alius quam Dominus fecisset Equitem, ordo cum libertate filio periret, quia non fuit et penes

Equestris dignitas in  
stam nobilis  
satem à pa  
tro Augus:

eum; qui instituisset Equitem; faculta à seruitute vindicandi. Nobilitas à matre sola sine beneficio Principis, non facit Equitem: nam moris est, si quis patre & matre ignobili natus est, eum à Rege cum Equestri Ordini accensetur, in Gallia fieri nobilem. Quamobrem nolunt multi, vti & in nostris partibus, ab uno parentum nobilitatem sibi assumere, ne ludibrio sint, sed Equites fieri à Rege curant, Litteræ enim Equestris Ordinis nobilitatem confirmant, & ab ignobilitate vindicant. Quod si quis præter Regem penes quem ius esse non possit nobilitatis conferendæ, ex ignobili Equitem fecerit, vterque culpam praefat, Philippus Borbonius (qui ex loco'vbi natus est, aut parens ipsius cognomē habuit) ignobilis duos habuit filios, quorum vni Equestrē Ordinem Comes Flandriæ. alteri Niuerensis Flandri filius contulerunt, itaque multa Comitibus irrogata est, decretis factis ineunte Nouemb. 1269. & sub Pentecosten 1280. & fratres mulcta librarū mille in Regem daminati, quisq; decreto facto sub medium Nouemb. 1281. et si beneficio Regis, Equestrem ordinem tenuerunt. Hæc ijs locis obtinenter, vbi non aduersatur cōsuetudo, nam Belcarij, & in Prouincianon exorta à Rege venia ciues in ordinem Equestrē cooptari, & Antistites in Baronum nobiliumq; album referri possunt. Ita Tilius li.2. de Rebus Gallic.

Ne autem quidquam eorum, quæ ad dignitatis Equestris splendorem, vbi cùm gentium reperire potuimus, peregrinos lateret, nonnulla de militari apud Hispanos ratione (quæ gentem instaurandis reparandiq; bellicis natam dicit Luius) subnectere libuit. Et Eximinus Petri Salanoua Iustitia Aragonum, qui ciuilis legis scientiam cum Equestris Ordinis claretate habuit coniunctam, cum de priuilegijs Baronum, & Ricorum hominum se fore dicturum profiteretur, ita fere orditur. Notandum est quod in Arragonia omnis homo descendens de gente militari per lineam, planam

est \* Infancio, siue sit legitimus, siue \* Id est non illegitimus, siue masculus, siue feminis. Tamen quamvis ex parte matris veniat ex linea militari non est Infancio, nisi habeat patrem Infancio nem in C. videlicet de Proclam. in Alföius Sa seruit. lib.6. & hoc seruatur. Et per piis Castel- Foros habetur Quod quilibet Infancio potest esse miles in Aragonia, alij la Rex leg. 6. ut 9. p.2 vero non. Et si forte non Infancio vide, & Pe promouetur per Ricum hominem eri. Portu ad militiam, perdit honorem quæ te gallesis Co nebat Ricus homo, vel si non tenebat mitis apud numquam tenere debet. Et ille pro Curitan te motus semper remanet villanus sub. simoniūm: lato sibi equo, & armis, vt de re militari C. fin lib. Exe. Et quia multæ sunt species istorum Infencionum in Arragonia, sciendum est, quod \* Infancio, \* Id est nonnum alij sunt Rici homines, & non biliū. Milites, alij Rici homines (quos Vitalis, & Salanoua nonnunquam Barones nūcupant) & Milites, alij Mesnadarij milites, alij non milites; alij sunt milites simplices, alij filij militum tantum, vel nepotes, alij nec Baronès, nec Mesnadarij, nec milites, nec militum filij, vel nepotes. Miles autem simplex est, vt Vitali placet, qui fui scuti, siue vnius scuti vulgariter appellatur, Vasallus alicuius præter Regem, vel Regis filiū, vel Comitem ex Regis genere descendentem, vel Praelatum Ecclesiæ, vel qui ab alio, quam à dictis personis militari cingulo fuerit redimitus; sed & omnes descendentes à tali pér lineam masculinam, inter simplices milites computantur. Infancio simplex est qui licet non sit miles ius tamen habet accipendi militiam, si possibilitas voluntas, & opportunitas te offerrent. Ricus homo miles habet omnia priuilegia, quæ habent Infaciones, & omnia, quæ habent milites, & ultra, quia terram pro honore non debet dare dominus Rex, nisi illi qui ex natura debet esse Ricus homo, & qui non sit de alieno regno &c. Vt ex dicto Salanoua prodit Hier. Blanca. Ultra communia priuilegia Infencionum habent milites ista. Nam non tenentur nec eorum filij

Vide Lipsii  
de Militia  
in Dedicatio-  
soria ad  
Philip. III.

filiij, aut nepotes facere saluam. Item nullus potest aliquem saluare pro Infancione nisi duo Milites. Item equus militis quo ipse equitat non pignoratur. De satis cap. i. Item in Arragonia nullus filius militis in mensa militis sedet, donec fuerit factus miles; hac namque educatione, & doctrina maiores ipsi filios suos liberaliter instituebant. postquam eos è ludis, & pueritiae disciplina profectos apud se in exercitu militiaque diutius fecerat commorari. Qua in re evidentur fuisse elegantem illam Romanorum cōsuetudinem imitati, quorum more nec cum parētibus puberes filij, nec cum saceris generi laubabantur. Militum autem vox, & Infacionum id sonat, ut priori Equestris ordinis viros nuncupemus. quos vulgari sermone *Caualleros*: posteriori verò quos vocare solemus *hijos dalgo*. Ipsisque Militibus plerūque solebant singulæ eorum stipendiariæ portiones in agris dominibus, ac vacuis tandem possessionibus assignari, quibus & alijs vētigalibus in ciuitatibus, atq; oppidis omnibus Rici homines dorabantur à Regibus, quæ vocabantur honores, quia in honorem, conferebantur. Quo autem illæ firmæ ac stabiles, militibus ac posteris remaneret, solemnies adhibebantur interdum contractuum, & instrumentorum stipulationes. Quale illud exemplum est quod in Tabulario Ecclesiæ de Pilari continetur, & à dicto Blanca in lucem profertur, quo Vicecomes Gasto Seniori inscribitur, in Caragocâ subditissimum sibi. M̄ilitem quod est strenue in expugnatione illius urbis dimicasset afficiebatur quibusdam domibus, & agris quos quoniam possedisset Arabs præcipius Alchay de Aben Alimen, vt idem perhibet vocatus. In extremo autē ipsius donationis hæc verba subiunxit, *Do tibi omnia supradicta bona salua mea fidelitate & de meo Domino ildefenso Rege qui nobis ea dedit*. Alia enim similima extant nonnulla, quæ Militibus irrogabantur, quod se in medios hostes, vt in eis commemoratur, ad per-

spicuam mortem pro salute exercitus inieccissent. Quæ omnes huiusmodi stipulationum formulæ non loqui solummodo, sed personare etiam videntur, pristinam illam, & Ricorū hominum in Reges, & Militum in Ricos homines fidelitatem præstandā, quæ non sat ducerent futurum, vt eorum omnium integra, ac fidelis mens in fastis, ac commissis si nō in ijsdem ipsis scriptis spiraret. Hi igitur Milites illius Rici hominis cogebantur accitu, cuius stipendia merebantur. A quo si deficiebant, poterant statim ijsdem omnibus stipendijs militari. Propterea vulgariter sermonē *Caualleros vasallos de Rici homines Ricos homines* vocabantur. Ipse vētigo singulæ eorum stipendiariæ portiones *Cauallerias de honor*. Cæterū Reges ipsi pro rata eorum portione tenebantur de subsidijs Regij patrimonij alios quoque milites sustentare, siue iij essent nobiles, siue etiam Milites, siue Infaciones. Triplex enim ea Militum ratio quondam fuit. Hi quia Palatini id est de Regis domo erant, quam veteres *Mesnadas Mesnadarij*, Milites (quorum familiæ gentilicie à Curita, & Alportilio cæterisq; Hispaniæ antiquarijs describuntur) sunt vocati, vt diuersis hisce nominibus, diuersi ipsorum Militum notarentur Ita tuis. Quanquam enim omnes generè idem erant, parte tamen & specie differebant multum, Ricorum namq; hominum dignitati proximus erat Mesnaderiorū iste Militaris, seu Equester ordo sic alij alijs illustriores. Quibus quæ dababantur à Regibus stipendia, vt à prioribus etiam nomine differenter: *Cauallerias de Mesnada*, seu *Mesnaderias* vocari consueuerunt, Regioque à natus pendebat prorsus. Quæ magna tandem erat inter *Cauallerias de honor* & *Cauallerias de Mesnada* differētia, cum has ad libitum conferri fas esset. Illas autem nequaquam, postea tamen hæc omnis ratio plerumq; solita est traduci, & conuerti. Vnde hodiernis, vt ait Blanca, téporibus Mesnaderios Milites videmus nonnullos qui priscam hanc istius differētia no-

*Mesnadas  
ry Militi-  
ses.*

tionem in suis inscriptionibus præse ferunt, se cum aliquin ex Melnaderorum ordine sint, honoris lautorum opidorum dominos nūcupantes quasi ea sibi, ac maioribus suis eo pacto declarant non ad Regum nutum, vt Melnaderijs conferri ius erat, sed in honorem fuisse, Ricorum hominum more contributa. Quæ enim re differebant, nomine etiam distare voluerunt. Hinc autem siebat, vt cum certissima hæc essent Militibus istis proposita præmia non dubitarent quibusvis se offerre pro patria periculis, eratque omnino dum prælibabantur, illud insitum in eis aut vincere aye mori, quod si belligerando necabantur in meliori erant causa, & conditione quæ si domini locupletes senes remansissent, Eorum vero qui Imperatores, Duces, arcium præfeti nauarchie fuerant, sepelire corpora nequaquam licebat quin prius declararet Rex officio, ac muneri, quod quisque illorum sustinuisset, satis factum esse, præstitamque sibi in eo ab vnoquoq; fidem, solemnni decreto interposito, liberaret, nimirū, vt qui fraudem, aut scelus commisseret, honore sepulturæ carceret. Quapropter ita tūc æqualiter omnes omni genere virtutum florueru, vt egregia hæc laus videatur non hominum solum, verum illorum etiam temporum fuisse: Rici homines ergo suis Militibus stipati, tanta auctoritate incedebant, vt Regibus poenè viderentur æquales. Signiferos enim ante se ipsorum Regum more gestabant, singulos quo vocabant Pendones, aut Seneras amplissima summæ eorū dignitatis insignia præferentes. Vnde & ipsos Ricos homines videoas in antiquis monumentis passim Ricos Homines de Senera, vulgari lingua nuncupatos. Eorum autem filij Infantes interdum, quemadmodū & filij Regum appellati cernuntur. Atque inde credit Blanca ipsorum Infacionum nomen dimanasse, & ab Infantibus Infaciones quasi Infantes inferiores di eos fuisse ipsorum Militum filios; hinc etiam eorumq; posteri apud Arago-

nes vocantur Infaciones, vel apud Belgas nostros militū filij *lonckheers*, quasi iuniores domini appellatūr. Militibus enim cuiuscumque ordinis sint, siue Ricorum hominum sine etiam Melnaderiorum, iij dicuntur tantum qui suæ militiæ auctoramento honestati, atque vt vulgo loquimur, *los que actualmente son armados Canalleros*. Vnde illud Michaelis Molini in verbo *Infancio Infaciones noscuntur apud nos; Milites vero sunt seu creatur*. Quia sine creatione actuali, seu promotione ad militiam nullus potest esse miles. Vt in Foro de creatione Militum. Cæterum subsequenti ætate Ricorum hominum nomen fuit antiquum nobilesque vocari consueverunt. Nam qui modò nobiles dicuntur multis in rebus præse ferunt Ricorum hominum dignitatim, in ea præsertim cuius supra meminit Molinus. De qua idem alibi nobiles Aragonum pro delictis eorum non puniantur penitus corporalibus, vt in obseru. 2. tit. de pace fol. 24. Et in For. 1. tit. Hæc itaque in veteribus Salanouz monumentis, quæ de Regis, ac regni consensu è lingua vernacula in Latinam, ab eodem versâ existant, vulgoq; obseruantæ illius appellantur, de Ricos hominibus Militibus, ac Infacionibus tradita fuisse reperiuntur. A quibus nequaquam dissentire visus est Iacobus hospitalis præclarus iuris Aragonici interpres, in ijs. quos sexagesima ferme annis post Salanouam de legibus Aragonum edidit commentarios Ioannis Lupi Sesseli. Iusticie Aragonum temporibus, cuius locum tenuisse proditur. Quos omnes secutus est Bages qui auorū memoria eandem questionem ijsdem omnino verbis pertractauit. Veruntamen hæc omnia ab illo fonte, & capitè fluxerunt, vitali nempe Episcopo, è cuius scriptis cæteri, quæ digna iudicarunt se legerunt, & Hier. Blanca in commentariis suis planius, & apertius expressit.

Baneretti alijs Barones, Milites, qui Milites Ba Auratis hodieq; in Anglia digniores meritos ha-

habentur, nomen habet à vexillo; concessum enim illis erat militaris virtutis ergo quadrato vexillo perinde, ac Barones vti, vnde & Equis vexilla r̄y verè à nonnullis vocantur, & Germanis Banner Leirs. horum antiquitatem ultra Eduardi III. tempora, cum Angli bellicis landibus abundantaret, haud repetit Camdenus, ut tunc primum excogitatum hunc titulum honorariū in bellicę virtutis præmium credat. In actis publicis eius æui fit mentio inter titulos militares, Baneretorum hominum ad vexillum, qui ijdem videantur hominum ad arma, & Rex Eduardus III. in charta Ioanni Coupland, Baneretti statum, quod Dauidem II. Scotorum Regē in prælio apud Dunelmiam cœpisset his verbis erexit. Volentes ipsum Ioannem qui Dauidem de Bonis capis, & gratianer nobis liberavitis, proper ipsius probitatis, & strenuitatis merita taliter premiari; quod alij per hos exemplum capiant nobis temporibus futuriis fideliter obsequendi eundem Ioannem in statum Baneretus posuerimus, & pro eodem statu manus tenendo conseruimus pro nobis; & hereditibus nostris eidem Ioanni quingentas libras percipiendas sibi & hereditibus singulis annis &c. Memoria dignum est hic formulam adnotare ex Frossardo, qua Ioannes Chando vir suo tépore militari laude florens, factus sit Baneretus. Cum iam Eduardus VVallia Princps belli aleam experturus erat pro Petro Castellæ Rege contra Héricum notum & Gallos, Ioannes Chando principem accessit, vexillumq; suum complicatum illi in manus tradidit, sic affatus. Domine mi hoc meum ob vexillum, placeat vobis explicare, ut hodie efferas. Sunt enim mibi saepta Deo ad hoc prouentus satis magni, Princeps vero & Petrus Rege Castella, qui adfissi, accepere sunt in manus vexillum, & illi reddiderunt explicatum cum huiusmodi verbis: Domine Ioannes quod felix fai. Rumq; sibi sit, & in gloriam edat, virtutis agas, & ostendas, qui vir sis. Ille accepto vexillo alacris ad suos se conserbis, & atollens. Commisiones, inquit,

occi vexillum meum & vestrum, si ve vestrum animos propugnabis. Posterioribus temporibus, qui ad hunc honorem euehendus, vel ante prælium ut animi excitarentur vel post prælium, vt virtuti suis constaret honos, gestans signum oblongum, Permon vocant, in quo sua depinguntur insignia inter duos seniores Equites prætentibus tubicinib. & Heraldis corā Rege, vel Pro rege adducitur, qui bene ominatus iubet signi extremitatem, abscondi, vt ex oblongo, vexillum fiat quadratum.

Baccalaurei milites Knights Baccalauri Milites fuere illi, qui tamquam tirones Baccalaurei electi medij inter Equites auratos & lanrios. Armigeros. In archiuis enim leguntur nomina Militum Baccalaureorum, in dorso & Valerorum Comitis Glocestriae, vnde Pns. 52. sunt qui Bachallers, quasi Bas Chiues- liers, dicto volunt, licet alij à Gallico battaile, quod depugnare significat, deducunt. Antequam ordines Equitem à Carolo Rege VII. fuisse in Gallia dispositi: duo erant Equitem genera, Vexillarius qui Vasallos suos habebat elato vexillo, & Baccalaureus qui sub alieno vexillo procedebat. In decreto Ioannis Ponchiiani, facto 23. Februarij 1385. Thoariensis Vicecomes summus, & primus Comes Pictonum Vasallus dicitur triginta duo vexilla habēs in ductu suo. In decreto facto tertio Iunij 1400. Comes Vallensis contendit Rodulphum Comequananum Vexillarium solummodo, ac non Baronem esse, extulisse vexillum, quod ludibrio fuerit, eumque fuisse dictum Equitem quadrati vexilli: Comequananum vero se asservuisse Baronem, qui Vasallos servit, quinquaginta, & prouentum magnum habuerit. Statuit confilium stratum Caroli VI. Regis comitatum Isabellæ filia Regis in Angliam protectaræ, ut nuberet Richardo II. Regi, fore duorum Equitum Vexillarium, & quinque Baccalaureorum, et ministrarent ei: itaque delegati sunt Almontensis, & Garenserianus vexillarij, & Reginaldus Ioannesq; Trianis, Go-

Golosius Annoius, Carolus Châbelius & dominus S. Clari-Baccalaurei. Vexillarius in bello, eques duplaris erat ad Armigerum. In spôsione clien telæ quam Philippo Valesio fecit. Go defridus Comes Lemouicu Septemb. mense 1337. ducentis s libris prouêtus ad vitam ex ærario Regis, & quin quaginta libris lémel numerâdis promittit se ministraturum Regi cum du centis viginti Equitibus ordinatio sti pendio vicenum solidorum in vexillarium, denum in Equitem, quinum in Hippoconum, diebus singulis, cui us modi sponsiones in Chartophylacio regio existant innumeræ.

Cæterum miles nemo nascitur, sed nostris temporibus, ut alibi delibani mus à Principe, vel eius legato, habita aut generis, aut virtutis, Fortunæ, rerū domi forisque bene gestarū, ratione, dignitatem equestrem (quæ nō nisi cū vita tollitur, aut amittitur) stricto gladio leuiter humeris percussis, & flexis geni candidati accipere solent, additis verbis, solemniter more conceptis, inuocatoq; fere numine cuiusq; producunt tutelari. Si ergo in nomine Dei, Surge Eques, cæteræque id genus ceremoniæ pro patriæ coniunctudine adhibentur. Nullibi autem solemnores quam in Regis, aut Imper. Romanorū electione, qui procétes aliquot è nobilitate primaria tyrones stricto. D. Caroli gladio in album equestre ad opitare solent. Qui sic militaris ordinis fuit, osculato enle, additò nominib. vocabulo in Gallia Messire, in Anglia Sir, ad uitam vbiuiis (more Gallico in re gibus cōpellandis) ab alijs distinguitur. Forma etiam cū ritibus antiquam Antoniym cuiusdam Angli ex veteri chronico addam. Anno inquit 1316. Dominus Ricardus de Rodneij sicutus suis miles apud Reysbam dñe translationis. S. Thôma martyris in pænitentia: Domini Amalrici Comitis la Pébroie, qui cinctus eii gladio, & D. Mauritius dei Barcleij super pede dextrum posuit vnti calcar. & D. Barbol de Budelismen, Baro tñergi supposuis aliud super pedem sinistrum, in aula, & hoc facto recessit cum honore.

Juramentum militare antiquum colligimus ex Liuij, & Vegetij verbis lib. 12. de Re militari per deos factum cum deuotione capitum ad quævis infortunia pro Romana Rep. quæ consuetudo adhuc manet, sed ritu veteri in religione nostrâ detorto, sub fine n. militaris & ciuilis juramenti adjiciuntur haec verba: sic me Deus adiuueat. & pès Sancti. De exauctioratione vero militum (quæ ignominia militaris nota erat) alijs disquirendū relinquo. Vti et cum ita deliquissent, vt capitali supplicio afficiēti suis insignibus fuerint execti, baltheo militari discincti, gladio adépto, abscessis securi calcarib, chirothecis ablatis, & clypeo gentilicio inuerso, perinde ac in regredandis coelestis militia milibus Ecclesiastica ornamenti, liber, calix, & similia auferuntur. Simul perpendant, si haec dignitates equestres, quæ olim tam fuerint glorioæ, dum rariiores, dum quasi præmia virtuti constituta, non euilescant, cum fiat effusores, & cuiuslibet ambitio ni prostitutæ jaceant. quod in remiliis olim conquestus erat apud Romanos Aemilius Probus.

His militibus proximi suere Armigeri, qui & Scutiferi, hominesque ad arma Gotis Schilpor, à Scuto ferendo, vt olim Scutarij Romanis dicti, qui vel à clypeis gemititijs, quos in nobilitatis insignia gestant, vel quia principib & majorib. illis nobilibus armis erat, nomen traxerunt. Olim n. ex his duo vnicuique militi interuerbant, galeam clypeumq; gestabant. vti indiuidui comites adhærebant, eo qd à milite domino suo terras aliquas in Scutagio tenebat, vt ipse Miles à Rege in feudo militari qui iam non sunt amplius in ysu. Armigeri primarij hodie censentur, qui sunt pro Principis corpore selecti: secundò equitum Auctoratum filij, natu maximi, & eorum itidem filij maximi successiū: tertio in lœco habetur filij natu maximi minorum, filiorum Baronum, & aliorum, superioris ordinis, quando autem pri mogeniti masculi deficit, deficit una cum illis titulus: quarto in Anglia ordine

Herodias-  
nus li. 2. in  
oratione Se  
ueri Septi-  
my. Tacit  
ius lib. 12.

Armigert.

Armigero-  
rum insignia.

dine sunt, quibus Rex ipse cum titulo insignia donat, aut Armigeros creat collum torque S. S. vel sigmatico argenteo, & can didis, & argentatis calcariis exornas, vnde hodie in occidentalibus regni illius partibus vocantur vulgo Virtus patris ad dilectionem milicium sive Equitum auctoritas, qui auctoratis calcariis virtus soleretur, eos umquam primogenitus titulus solummodo competit. Quinto loco Armigeri ibidem habentur quicunque aliquo superiori in Rep. munere funguntur, vel Principi honestiori conditiove famulatur. Sed hoc officij nomen, quod olim, & officij tantum fuit, inter dignitatis titulos regnante Richardo II. primi irrepsisse tradit Camdenus. Verum vero in quibusdam Italia locis Equites sunt hereditarii, multi vbius etiam Armigeri nascuntur, quod ex tabulis militarib. Marci Antonii Perez antiqua nobilitatis Equitis Serenis. Eburonii Principi a Consiliis, & Cubiculis viri superianatuum splendorum magnitudine animi, virute, & literarum gloria illustrissimi quae scilicet M. Ludouicum Perezi filium armigerum natu peculiari Principis inductu praedicant. Alijsque publicis archiis didicimus. Sic & prater Equitum primogenitos, Armigeri titulo sepius hunc hereditarij: Angliaeque regibus suis est hereditario iure honorarius Eques, & pugil qui in Regiis inaugurationib. armatus aulam ingredi solet, & per feciam elecitur iam Regem se pro vero, ac legitimam regni haere agnoscere proclamari iubet, & si quis adeo temerarius sit, qui contradicere audeat, cum eo se duello decernere paratu ostendit.

Nunc de sacris ordinib. Militaribus a Pontificib. regulari aliqua disciplina adiecta coprobatis, quos Galli vulgo Religionis Hispani, Habiens, soleat nuncupare, itemque de liberis tribus: illis & Torgnatis ab Imp. Regibus; alijsque supremam potestatis Principibus erectis dicenduntur est. Hos etiam Itali peculiai appellacione de Croce, de Collana & de Sprone: Galli vero, De Maille, Railles, & Paille, quae omnia suis locis latius explicabimus, solent indigitare.

ORDO EQUESTRIS  
Militum Constantianorum  
Sancti Georgij.



**N**on in Sacerdotibus tantum, Monachis, & Virginibus, sapientissimum Divinæ prouidentiæ ordinem iam à nascientis Ecclesiæ exordijs euangelio apparere: verum etiam in militaribus Viris, qui cœlesti fortitudine, armisque solidioribus, quam sint ferrea, opus esse intelligentes, voto se, ac regulis ipsorum, quantum armis tractaturis pro fide Christi sat erat, obstinare. Et non secus, ac in veteri lege Machabæi, Propheta Regis, alijque Israæ elitariorum Duce's prælia bâeur prælia Domini: ita cœtra Constantini Magni, qui præter duos Philippos. A. A. patrē, Varij Ordini & filiū Imperiū Christo nuncupauit, nos Eque semper extitere ordinem, qui iam non tam fratres, sed dilatadæ verū etiam armis tutadæ Arn. Mer. Religionis vero cuncti instar Constanti manus intium Magui, ouianian, Valentianorū Theatro cō. Théodosiorū, cæterorumq; Principiū versionis gætacholiceorū, Crucem gestabant, sed tiū. discolore: alij rubea, alij viridem, alij albam, alij alfa (qualem hic ferè exhibemus, & Constantino Magno contra Hostes dimicaturo primū in Cœlo apparuisse autores, numismata, & pyramidides testatur) præferebāt. His ergo omnibus antiquiorē habemus ordinem Militarum Constantianarum, quia & auctorata, & S. Georgij appellata est. Constantino enim Flavio, ut prædicebamus Anno Christi 312: Imperij sui V. H. contra Maxentium conflicturom iam Sole à Meridie flectente Crucis signum ex lucis splendore figuratum in ipso cœlo manifeste apparuit, in eoque inscri-

Euseb. de Vita Constantini lib. 1. c. 25. & lib. 4 c. 21. Lepsius lib. 3, de Cruce cap. 15.

inscriptionem confignata hæc verba complecentem. IN HOC SIGNO VINCES. Eisdemque postea dubitanti de osteti interpretatione, ac dormienti Christus apparuit cù signo in cœlo demonstrato, præcepitque, ut exemplari ad imitationem illius signi, quod in Cœlo viderat fabricato, eo in præliis cum hostibus committendis vereatur, quod quam primum dies illuminat vexillū auro, & gemmis ornatum confecit, viceq; imperatorij labari usus est, vnde sibi insignis illa, historisq; notissima victoria parta fuit. Tantum itaque ex hac Crucis ostensione affectum erga ipsam Constantinus concepit, vt Crucis vexilli præferendi in pugna quinquaginta Viris fortissimis, & militari disciplina instrutis cura perpetua mandaretur. Salutari ergo Signo Crucis, veluti terriculo, propugnaculoq; malorum aduersariorum multitudine opposito, ab hostibus Victoriam reportauit; tandemq; milicium suorum arma, & vestes eodem Signo Crucis signabat. Vixerunt isti milites usque ad tempora D. Basiliij Magni sine aliqua regulari disciplina, at suadente Alexio Angelo Flauio, ex cuius genere ortum duxerat Constantinus, coaceruati sunt, partimque in Claustris vitam ducebant, & à Magno Basilio regulam militarem habuere, quam confirmauit S. Leo Pontifex instante Mariano Augusto, priuilegiaq; primum à Leone Imperatore obtinuere, inde à quamplurimis alijs. Huius instituta Militiæ meminere Baronius tom. 3. sub anno 312. vbi referuntur Prudentij versus & ex l. vnica Cod. de præposit. lab. lib. 11. tituloq; antecedenti; nec non ex priuilegio Isaacij Imperatoris tales Equites loco Prætorianorum militu fuisse custodes corporis Imperatorum Bixantij, quinquagintaq; illos præpositos fuisse consulari dignitate prædictos. Meminit etiam Ciauon. de Cruce cap. 2. Gresseriusq; lib. 2. cap. 57. & nouissime Pater Franciscus à Coriolano Capucinus in suo Breuiario Cronologico

Lugduni impresso: Et multò prius de de istorum militum aureatorum gloria loquutus fuerat Franciscus de Rosieres Stemmate Ducum Lotaringie sub anno 715. vbi loquitur de Lambertio Auguistrasio. Quoniam vero hic Ordo Sancto Georgio dicatus fuit, idcirco & Sancti Georgij appellatus est, Crucem rubeam gerunt milites auro circundatam, & ad formam lili vndiq; terminant cù aureo signo



Labari in ipsis medio, primatesque, qui quinquaginta sunt, imaginem Sancti Georgij pendente è dicta Cruce gestant; Obedientiam supremo, Charitatem in proximum, & Castitatem coniugalem vident.

Hæc Militum regularis Societas semper sub dominio, & magno Magistratu Familia Angelorum Flauij vixit; sed Græcorum Imperio iam declinato, ipsaque bonis, & commodis spoliata iam senio confecta adhuc sub uno Ioanne Andrea Angelo Flauio ciuidem stirpis superstite vitam dicit, sed nonnullorum nobilium Virorum auxilio pristinum decorum & uitam gloriam recuperat, & recurescit, & ne tantæ Antiquitatis Sacra monumenta depereant Sancti Leonis Epistolam priuilegiaque Leonis, & Isaacij Imperatorum, quæ in Archiuio Romana Curia sub Clemente VII. registrata fuere adnectere decreuimus, non prætermittentes ipsa à pluribus Pontificibus, & præseruimus Paulo 3. Iulio 3. & Sexto Quinto confirmata fuisse.

**LEO EPISCOPVS**  
**M A R T I A N O**  
**A V G V S T O .**

**N**On possum satis admirari vestram pietatem, & amorem erga Catholicae Fidei professores (gloriosissime Imperator) summa itaque laetitia accepi vestras, & strenui Principis Alexij Angeli litteras, quibus expositis, ut auctoritatem Apostolicam adiungam regulæ Basiliæ sacerdotissimæ vitæ Episcopi Cæsareæ, quam prescripsit militibus fratribus Constantianis, qui Crucis rubræ stigmata firmantur à vobis, & ab ipso Principe Alexio ipsorum fratre supremo moderatore. Regulam ipsam, & Christianæ, & moralis doctrinæ plenam agnoui, & confirmaui, eamq. hincse adiunctam, & mea manu signatam transmitto, vt vestri est desiderij. Illud interim à vobis insanter peto, vt ipsos Milites fratres meo nomine hortemini ne à tanto opere, & vobis obedientiæ, coniugalis Castitatis, & militaris disciplinæ desistant; sed continua vigilancia vivere studeant iuxta dictam regulam, & præcipue ij, qui in Coenobijs degunt mulieres nō intrudcant. à scandalisque caueat professam vitæ sobrietatem conseruâtes; Deus huic optimè incæpto faueat & istum numerum Christianæ Religio-nis Defensorum augere dignetur, vñque incolumem seruare. Dat. Romæ xiiij. Kal Aug. Ætio, & Studio VV. CC. Colis.

**LEO CAESAR IMP.**  
**SEMPER AVGVSTVS.**

**A**Lexio Angelo, & Michaeli eius filio Princibus Cili- ciæ, & Macedoniæ Comiti- bus Druasten. nostris amicis, & celestissimis. Egregium illud facinus, quod tamdiu Progenitores vestri ag-

gressi sunt, dum varios milites in unum congregare, & sub certa regula moralis, & pia disciplina instituere studuerunt ruberæque Crucis, & Imperialis labari signo, quo Diuus Constantinus primum usus est, & de cœlis habuit stigmata signarunt, adeo vobis cordi est, vt in ipso tota opera insudetis, non enim contenti estis ipsos aureatos milites, & in castris, & in claustris, & in Dæmonem, & in Hostes visibiles prælia gerere à Sereniss. Marciano prædecessore vestro petijstis vt obtineret à Sanctissimo Romæ, & Vniuersalilis Ecclesiæ Episcopo Leo ne confirmatione illius regulæ, quam dictis fratribus Equitibus statuit Basilius Episcopus Cæsareæ sanctæ, & recolendæ memorie, quod quidem libenter ab ipso Romano Patriarcha concessum fuit, vt nobis demonstratis; Modo subiungitis ipsos Milites vestros à quibusdam publicanis afferentibus ipsos non gaudere priuilegijs militum, dum in Castris non militant, molestari, & perturbari; Nos itaque scientes quanto honore digni sint egregij isti fratres, qui ad nutum vestrum nostro Exercitui adesse sunt parati, & nō immemores eorum quæ à nobili cœtu horum militum, & anterioribus, & præsentibus temporibus strenue, & fortiter gesta sunt, vobis, & vestris prænominalis Equitibus, seu fratribus Militibus concedimus & indulgemus, vt non solum extra castra habitantes, sed semper, & vbique locoru perpetuis futuris temporibus gaudeant omnibus priuilegijs, quibus gaudent & potiuntur ceteri militiam sub vexillis Campestribus militantes; sintque immunes, & exempti, ac liberi à quibuscumq. exactiōibus, & impositionibus tam regali, quam imperiali, aut quauis alia auctoritate madatis & indictis. Mandantes quibuscumque publicanis, & quæstiōibus, vt tali nostræ voluntati adhærent; Utq; in nostram Augustalem Maiestatem, & Sacrum Imperium vos, & vestri successores promptam, & efficacem operam validius

ISAACIVS ANGELVS  
F O E L I X  
D. G. I M P. C A E S.  
Semper Augustus.

exhibere possitis, scientes nobilitatem generis vestri, ex quo ortum traxit Diuus Constantinus Cæsar omnium Imperatorum præcessorū nostrorum fortissimus, & sapientissimus, vobis prædictis, Successoribusq; vestris in perpetuum concedimus, & elargimur, vt præfatæ regulatæ militiae habēas, & magistratum habeatis, & habeant, nemoq; alias quauis auctoritate, & potestate præfulgens, donec vestrum genus vixerit, tales Milites creare, & ipso rubeæ Crucis auro cunctata signo, atque Imperialis labari diuina tessera insignes reddere, & armare possit, pro cuius militiæ regimine, & Imperio vobis, Successoribusq; præfatis facultateni, & auctoritatem concedimus, & impertimur statuendi, & decernendi quascumque leges, edicta, & sanctiones necessariæ, & opportunas esse duxeritis; Utq; amoris nostri in vos propensissimi fructum maiorem cognoscatis, vobis, ipsisque vestris successoribus, qui huic militiae præerunt facultatē elargimur; & donamus, Comites creandi, maneres, & inestuosos, spuriros, & illegitimos legitimādi, & ab illis omnem genituræ maculam tollendi, ita ut ad paternas, & alias quascumque dignitates bona, & substantias succedere possint, ac si essent ex legitimo matrimonio procreati. Quicumque autem huius nostri Cæsarei decreti attentare præsumperit, sciat se gravissimæ nostræ, & Imperij indignationis poenas incursum. Dat. Bizantij vi. Kal. Martij Constantino, & Ruffo VV. CC. Cos.

Expediuit Andronicus Philoxenus  
Imperatorij, & Cæsarei decreti  
mandato

*Basilius Sabatius.*

A. Præ. N.

S Erenissimo Alexio Angelo Flauio Comneno Filio infanti ex visceribus nostris nato, cæterisq; ex prosapia Angela procreandis futuris Imperatoribus sincerae gratiae nostræ, & benedictionis æternæ augumentum:

Eousq; processit imperadi libido, & regnorū auditas, vt peractis tēporibus nefanda scelera, & immanissimæ atrocitates à paréribus, à progenitis, à cōsanguineis in hunc finem emanuerint, atque utinam cessare iubeat Diuina pietas, & misericordia, quibus moniti exemplis, prudentia nos docet, vt ad ipsa euitanda curam, & quamcumq; adhibeamus industriam. Memores itaque Diuini illius fauoris, quo Christus Romanum Imperium stabiliuit, dum salutifera Crucis signum Constantino Diuo Cæsari Augusto ex clara progenie nostra, & præcessori maximo commonstrauit, quo assistente innumeræ victoriæ non ipsi tantum, sed cæteris ab inde Imperij successoribus sunt partæ, quo nobiliores exercituum committones muti quasi diuino brachio adiuti, & fortes euasere, & hostium profligatores apparuere, omnem conatum adhibuimus, vt fortiores Christiani, & nobilissimi Principes, & proceres tali signo armati incederent, & regulas militares subirent nobis enim persuasum semper fuit Imperatorem, cuius sacra purpura à Diuino caractere, & à nobilissimis Viris custoditur, protegitur, & ipsis domesticos habet incolumem, & ab iniurijs, perfidisq; machinationibus immunem fore, & licet iam paucis mensibus generalia talis Ordinis Conuictia conuocauerimus, regulasq; & iura dederimus, quibus per ampla hæc militia gubernari, & augeri posset, non tamen voti nostri

nostri compotes factos esse agnoscimus scimus etenim priuilegia, dignitates, & prærogatiwas esse, & præmia, & blanditias, quibus homines gloriæ cupidi ornantur, & alliciuntur, vnde præsentis nostræ edictalis Constitutionis perpetuis valituræ temporibus decreto confirmatis prius omnibus illis gratijs, fauoribus, & priuilegijs, immunitatibus, & exemptionibus, quæ favorabiliter concessa fuere à Serenissimo Leone Primo Imperatore, & præcessore nostro VI. Kal. Martij Cœstantino, & Russo Cols. Equitibus ipsis à Constantino Cæsare institutis sub regula Magni Basilij, & Sancti Georgij Martyris patrocinio viuentibus, fancimus, & decernimus ipsis milites tam præsentes, quam in perpetuum sub dicto Vexillo futuros, ab omnibus oneribus exactionibus, & impositionibus tam realibus, quam personalibus, & mixtis, & tam Imperialibus, quam Regalibus, seu quocumque nomine nuncupantur, liberos, immunes & exemptos semper fore, ita vt neque à vectigalium exactoribus, neque à publicanis, & ministris inquietari perturbari, aut molestatari possint ipsos etiæ, & eorum quemcumque eximimus à iurisdictione, potestate, & auctoritate cuiuscumq; Consulis, Proconsulis, Tribuni, Prætorio præfecti, seu quocumque nomine appellati iudicis, & in dignitate constituti: sed solius supremi sui, nostriq; in hac parte successoris ditioni, & Imperio subesse, & obedire volumus. & hac nostra edictali lege sanctimus, vt prænominati Ordinis insignitorum militum bona publica, sive ipsorum præmia primata quæcumque ab ipsis in totum, aut partim auferri, vel Fisco nostro applicari nunquam possint, quicquid ipsi deliquerint, excepto atrocissimo Maiestatis laſſæ criminе. Quoniam verò humanæ fragilitatis est nedum homines, & familias, sed regna, & Imperia ipsa mortem habere, ne talis fortunæ accidentia unquam inopinatè euenant, nos præcauisse iuuat, & salubria remedia dare

decernimus. Si vlo itaq; tempore ( quod absit ) nostrum genus mortem videbit, & imperium cum ipso declinauerit Angelicæ huic, Militiæq; sacra licebit sibi aliquem ex Comitiis nostræ styriis superstes fit i successorem ex primorum consensu elegit; ipsis autem Supremis, qualescumque fuerint, perpetuam, & irreuocabilem facultatem, & auctoritatem ab ipsa superioritate emanantem cōferimus, & concedimus ex nunc creandi, & constituendi Comites, & Notarios, & publicos tabelliones, faciendiq; Doctores, Magistros, & Baccalaureos in quacumque facultate, Poetas laureandi, Spurios, Bastardos, Manseres, Incastulos, & alios ex quocumque damnato, & illicito coitu procreatos legitimandi, ab eisque omnem genituræ maculam, & defecatum siue vivis, siue defunctis, siue præsentibus, siue absentibus, & iporum parentibus, & consanguineis, siue consentientibus, siue renuentibus tollendi, & abolendi penitus, itaut ipsi. & eorum filii ad paternas, & auitas substantias, bona, dignitates, honores etiam si clement feuda nobilia, & antiqua, aut hereditaria, aut alias quascumque successiones omni prorsus sublata differentia succedant. Necnon infamatos de iure, vel de facto absoluendi, & ad honores restituendi, & promouendi non obstantibus quibuscumque consuetudinibus legibus, & statutis in contrarium facientibus. Vobis autem dilectissimi fili, successi resq; vestri illud semper memoriae adhærere hor tamur, ne fastigij vestri superbia elati, ne proceribus, principibus, subditis, & Magistratibus vallati, & septi vobis vitam, & imperium intactum credatis nisi Sanctissimæ, & vietricis Crucis, huiusque militiæ insigni strenuisque militibus quibus præcessit semper debitissimæ fortis, & insuperabiles facti, & Christiani nominis, & Christi Milites vos profiteamini. Quæ quidem de nostræ plenitudine


tudine potestatis nostrorumq; procedum assensu ediximus, & fanciuimus. Bizantij idibus Septemb. Anno ab Incarnatione Domini Nostrj Iesu Christi 1191. Imperij verò nostri vij.

Expedita per Mag. D. Constantium  
Sebastem.  
De mandato D. Imperatoris.

*Homogenes Cominis*

D. Prae. N.

O R D O E Q V E S T R I S  
Sanctissimi Sepulchri D. N. Iesu  
Christi in Regno Hierosolymitan.



*Itiner. Terre Sancte.* A B eodem Constantino Imperatore contendunt alij processisse Ordinem Sanctissimi Sepulchri Domini Nostrj Iesu Christi quinque rubei coloris Crucibus inscripti. *Bartholom. à Saligny coequitis* gnem (licet non desint qui originem chri Lugduni ad S. Iacobum fratrem Domini in Anno Episcopum Hierosolymitanum anno 152. pro Christo cæsi) referant. Huius enim piissimi imperatoris mater Sancta Helena cum Crucem, & Monum-  
*Petrus Bellogus c. 14.* mentum Dominicum Diuino mōstrata numine fecerit reperisset, sūptuo de Vita c. 5 fas in honorem Sanctissimæ Resurrec-  
*Euseb. li. 3.* tione erexit Aedes, quibus consequenti ætate Canonicon Regularium Divi Augustini fuit adiunctum Collegium. eiulque Sodalibus Sancti Sepulchri custodia demandata dicitur; Saracenis interim, & Turcis (qui

rerum inibi potiti totum Orientem, & præcipue Palestinam diutissimè affixerunt) id egrè tributo annuo persoluto indulgentibus. Quo factum, vt Carolus Magnus. Imperij occidentalis Conditor, Christianorum tranquillitati jis partibus stabiliēdꝝ cum Infidelium Rege Aarone foedus inierit, cæterisque posterioris saeculi Principiis, vt ritu inter Christianos suscepto, certis Vrbis Sanctæ attributis locis sacra peragere possent, est datū. His penè Barbarorū vinculis per tot annorum decursus, Sancti Sepulchri Sodalium detenta, vt aiunt, Virtus felicibus Godofredi Bullonij, & Balduni fratrī auspicijs, quasi relaxata in apertum tandem prodijt. Ii Canonicos Regulares Sancti Sepulchri Custodes Militiaæ suæ ad honorem Sanctissimæ Resurrectionis suscepitæ vniuersi voluere: quorum incredibili virtute muniti id perfecere, vt Christianorum Regna, Provincias, Vrbes tam in Oriente quam in Occidente aduersus Barbarorum, & Infidelium incursionses, vel fortissimè tutati fuerint, vel etiam recuperauerint, & Christianum nomen per florentissimas terrarum partes admodum propagarint; idq; eo solo intuitu, & fine, vt Christiana Religio, aut farta teœta conservaretur, aut à Barbaris oppressa integrū restaurata refloreceret. Eius rei fidem faciunt tot belli sacri expeditiones in Terram Sanctam suscepitæ, quæ CRVCIATÆ, aut VIÆ SANCTI SEPVLCCHRI nomine, ab Auctoriis commendantur. Docent tot Principum, & fortissimorum Ducem (qui Militiaæ Sancti Sepulchri nomina derunt) ad Summos Pontifices de rebus in Syria gestis, perscripta testimonia, nec non sumptuosisima, titulo Sancti Sepulchri per Orbe Christianum ercta Cœnobia, in quibus hodieq; videre licet militum illorum imagines, & monumenta tibiis in Crucem transuersis. sic enim sepulti fuerunt quotquot illo saeculo nomina bello sacro dedissent; vel qui, vt gunc temporis sunt loquuti, Crucem fulse-

Vide res gestas Francorum, & litteras ix Bibliotheca P. Petavii editas Parisijs, 1611.

Hier. Curia ad ann. 1134. Et 1141 Equites tibiis in crucem transversis sepe lenti solent.

**H**is Fran<sup>m</sup> suscepissent. Verum pessum iam eun-  
ciseus San<sup>t</sup>os duas testina mala distractis Christianorum  
**C**ruces rubeas attri-  
buimus.

fuscepsent. Verum pessum iam eun-  
ciseus San<sup>t</sup>os duas testina mala distractis Christianorum  
**C**ruces rubeas attri-  
buimus.

in Italiam itaque secedentes, Se-  
de Perusia constituta; alij ex voluntate Innocentij VIII. Pont. Max. in So-  
cietatem Rhodiorum Equitum adisci-  
ti sunt, alij ad propria, dum copiae ad-  
uersus communem Christiani nomi-  
nis Hostem restaurarentur, remearunt.  
Huius Militie meminit fusè Innocentius III. Cap. Inter dilectos . de do-  
nat. ex. Tenentur autem Ordinis Can-  
didati regulæ præscripto infidelibus  
pro virili arma inferre , captiuos re-  
dimere, preces. & horas Sanctæ Cru-  
cis quotidie recitare , & quinque  
Cruces rubeas in honorem quinque  
plagarum Domini Nostri Iesu Chri-  
sti ; vel vti Equestres tabulæ Patrii  
mei Petri Mennenij indicant , Sanctæ  
Crucis , Sanctissimiq; Christi Sepul-  
chri, insignia deferre, leges siue Con-  
stitutiones, quas vocant , ipsis latine  
à Carolo Magno Ludouico Pio, Phi-  
lippo Sapiente , & Ludouico Sancto  
Galliarum Regibus , & Godefredo  
Bullonio præcipuo Ordinis Instaurato-  
re præcriptas, ex autographo reci-  
tat Jacobus Villamontius : priuilegia  
vero . & cæremonias Bartholomæus  
à Salignaco, Ioannes Zuallardus, Ni-  
colaus Hautius Fromontij regulus ,  
eiusdem Instituti Equites; nec non  
Nicolaus Christophorus Radziu-  
lius Dux Olikenfis, & alij in suis de  
Terra Sancta conscriptis libris rece-  
serunt. Quæ breuiter ab Abrahamo Or-  
telio ex ijsdem ferè concinnata , ob  
Virtutis famam , & præcipuum bellii  
aduersus Saracenos gerendi (cui Mi-  
litæ illi destinati erant ) ea ætate stu-  
dium , quodq; in ipsa Vrbe Hierosolymitanæ à Summi Pontificis Vicario  
ad Sanctissimi Sepulchri Monumen-  
tum militaria insignia Religionis ergo,  
hodieq; suscipere soleant , breui-  
ter hic referre, & insignia ob oculos  
ponere haud incongruum duxi . Ex  
quibus apparebit quam iuridicè du-

bitauerim de Origine huius Ordinis,  
nullum enim verbum ibi habetur *c* e  
antiquiori initio , sed noui Ordinis  
fundamenta prima videntur cum nul-  
la ratio suadere possit eius Ordinis  
antiquitatem, que & quandam nobil-  
itatem profert silentio inuolutam  
esse ; tu lector iudica .

## IN NOMINE DOMINI AMEN.

*Incepit modus præficiendi, siue or-  
dinandi Militem Sanctissimi  
Sepulchri Domini Nostri  
Iesu Christi.*

**A**nte omnia ordinandus Miles  
præparet se ad devotionem ,  
vt valeat percipere gratiam ,  
officij sacra militiae, ac premisa con-  
fessione , auditaq. Missa , & percepta  
Dominica communione , intromittan-  
tur in atrium Sanctissimi Sepu'chri ,  
& tunc incipiatur iuxta modum qui  
sequitur. Primo congregatis omnibus  
intra Sanctissimum sepulchrum ,  
cantetur hymnus , scilicet *Veni crea-  
tor Spiritus &c.* Deinde Vers. *Emitte  
spiritum tuum & creabuntur.*

Resp. *Et renouabis &c.*

Verl. *Domine exaudi orationem &c.*

Resp. *Et clamor &c.*

Verl. *Dominus vobiscum :*

Resp. *Et cum spiritu tuo.*

**O R E M V S.**

**D**eus qui corda fidelium Sanctæ Spi-  
ritus &c.

Dein 'e debet interrogari à Patre  
Guardiano .

*Quid queris ?*

*Responsio flexis genibus .*

*Quero effici miles Sanctissimi Sepulchri  
Domini Nostri I E S V Christi .*

*In-*

Interrogatio. Cuius conditiones?

Respon. Nobilis genere, & parentibus generosis natus.

Interrog. Habetne unde honeste manu tenere possit statum, & militarem dignitatem absq; mercibus, & arte mechanica?

Resp. Habeo Dei gratia bonorum sufficientem copiam.

Interrog. Es ne paratus corde, & ore iurare pro virili militaria sacramenta, enque seruare qua sequuntur?

1 Primò. Miles Sanctissimi Sepulchri, omni die opportunitate habita Missam audire debet.

2 Secundò. Cām necesse fuerit bona temporalia, & vitam exponere debet, scilicet, quando est bellum uniuersale contra infideles, & venire in propria persona, vel mittere idoneum.

3 Tertiò Est obligatus Sanctam Dei Ecclesiam, & eius fidèles ministros ab eorum persecutoribus defendere, & pro viribus liberare.

4 Quartò. Debet iniusta bella turpia sibièdia, & lucra hastiludia, duelum, & huiusmodi ( nisi caussa militaris exercitiū ) omnino vitare.

5 Quintò. Debet pacem, & concordiam inter Christi fidèles procurare, Rempublīcam exornare, & augere, vic duas, & orphanos protegere, iuramenta execrabilia, periuria, blasphemias, rapiñas, usuras, sacrilegia, homicidia, ebrietatem, loca suspecta, & personas infames atque via viae carnis vitare & tamquam pestem cauere, & se apud Deum hominesque irreprehensibilem exhibere, ac etiam verbo, ac facto se dignum tanto honore demonstrare, Ecclesiás frequentando, & cultum diuinum augmentando. Quæratur ergo si est paratus, corde, & ore hæc omnia protestari, iurare, & facere.

Resp. Ego N. profiteor, & promitto Deo Iesu Christo, & B. Virgini Maria hec omnia pro virili me obseruaturum. His peractis, benedicatur ensis à Guar diano secundum formam inferius po sitam, si non est aliás benedictus: fed si benedictus est, vel post benedictio-

nem vocato uno ordinandorum, & genuflexo ante Sanctissimum Sepul chrum: Guardianus ponat manus super caput eius & dicat. Et tu N. esto fideis, strenuus, bonus, & robustus Miles Domini Nostri Iesu Christi, & Sanctissimi eiusdem Sepulchri, qui te cum electis suis in gloria sua collocare digne tur Amen.

Hoc finito Guardianus porrigit mi litia calcaria inaurata, quæ pedib. suis Ca accommodabit in terra existens. Postea dat ensim nudum Christi militi, dicens: Accipe N. sanctum gladium 1 in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen. ( Per signum Crucis exprimens ) & utaris eo ad defensio nem tuam, & sancta Dei Ecclesia, & ad confusione inimicorum Crucis Christi, ac fidei Christiana, & quantum humana imbecillitas permiserit, eo neminem iniusta ladas: quod ipse præstare digneatur, qui cum Patre, & Spiritu sancto regnat Deus per omnia secula seculorum. Amen.

Deinde ensis in vaginam reponitur, & à Guardiano prædicto enle cingitur dicendo. Accingere N. gladio tuo super semur tuum potentissime, in nomine Domini Nostri Iesu Christi, & attende, quod Sancti non in gladio, sed per fidem vicerunt regna. Ense accinctus miles surgit, & genibus nixis, inclinatoquè capite supra Sanctum Sepulchrum à Guardiano ordinati r, percutiendo ter ense prædicto scapulas militis, & dicendo ter, videlicet: Ego constituo, & ordino te N. militem Sanctissimi Sepulchri Domini Nostri Iesu Christi in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Amen: faciens ter signum Crucis. Deinde osculetur eun p̄ pulchri Tor dem, ponens more maiorum torquem que aureo, aureum cum Cruce pendente, in col lo eius, & ordinatus deosculetur Sā

Eum Sepulchrum, postea discedat, & restituat omnia, & vocato alio ijsdem ceremonijs in numerum militum Sancti Sepulchri cooptatur: ordinatus interim in atrio Sancti Sepulchri remaneat, quousque omnes ad hunc honorem promouēdi, sint promoti. Post quo-

Eques S. Se  
pulchri Tor  
que aureo,  
& Cruc  
donatur.

quorum , vel cuius ordinationem . Te Deum laudamus &c. à Monachis decantatur , & ad sacellum fratrum minorū itur, velibidem statut, prout voluerit, vel ordinauerit Guardianus: deinde dicuntur hæc in singulari, si unus est: si vero plures, in plurali. In singulari dicitur; specie forma p̄filiis hominum, ac accingere N. gladio tuo super femur tuum potentissime : & si plures, dicitur in plurali .

Vers. Domine exaudi &c.

Resp. Et clamor meus ad te veniat.

Vers. Dominus vobiscum.

Resp. Et cum spiritu tuo.

### O R E M V S .

**D**a Ecclesia tua misericors Deus , vt Sancto Spiritu congregata hostili nullatenus incursione turbetur .

Omnipotens semperne Deus super hunc N. (vel hos) famulum tuum, qui eminenti mucrone circumcigi desiderat, gratiam tue benedictionis infunde, eudemq; dextera tua virtute munirum, sic contra cuncta aduersantia cœlestibus armari presidijs, quibus nullis in hoc seculo tempestatibus bellorum turbeatur. Per dominum nostrum &c. Ad extremum amplectitur illum Guardianus, & alij, si quis volent.

### BENEDICTIO ENSIS.

Is, qui benedicit, teneat enim nudum ante se, & dicat .

Vers. Adiutorium nostrum in nomine Domini &c.

### O R E M V S .

**E**xaudi quasimus Domine preces nostras, & hunc ensim quo se famulus tuus hic cingi desiderat, maiestatis tua dextra dignare benedicere, quatenus possit esse defensor Ecclesiastum, viduarum orphanorum, omniumq; Deo seruientium contra sauitiam paganorum alijq; sibi insidianibus sit terror, & formido praesates ei aqua persecutionis, & iusta defen-

sionis effectum, per Christum dominum nostrum . Amen.

### O R E M V S .

Benedic domine Sancte Pater omnipotens eterne Deus per invocationem nominis tui , & per aduentum Christi filij tui domini nostri & per donum Spiritus Sancti hunc ensim, ut hic famulus tuus, qui hodierna die, sua concedente plenitate preeingitur, visibles, & invisibilis inimicos prosterat, et conculcer, vitoriaq; potius, maneat semper ille sus per Christum dominum nostrum . Amen.

Benedictus dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum, misericordia mea, & resugium meum, susceptor meus, & liberator meus protector meus, & in ipso speravi, qui subdit populum meum sub me . Gloria Patri, & Filio &c.

Vers. Saluum fac seruum tuum domine.

Resp. Deus meus sperantem in te .

Vers. Esto ei domine iuris fortitudinis .

Resp. A facie inimici .

Vers. Domine exaudi orationem meam &c.

Dominus vobiscum &c.

### O R E M V S .

Domine Sancte , Pater omnipotens, eterne Deus, qui cuncta solus ordinas, & recte disponis, qui ad coercendam malitiam & improbitatem malorum & tuendam iustitiam. vsum g' adij in terris hominibus tua salubri dispositio permisisti, & militarem ordinem ad populi protectionem institui voluisti, quisq; per Beatum Ioannem milibus ad se in deserto venientibus, ut neminem concuterent, sed proprijs contenti essent stipendijs, dici fecisti: clementiam tuam suppliciter exoramus, ut sicut David puer suo. Goliath superandi largitus es facultatem, & Iudam Machabeum de seritate gentium nomen tuū non inuocantiū iriūm- phato fecisti; ita & huic famulo tuo No- qui

qui nouiter iugo militiae colla supponit,  
pietate coelesti vires, ac robur ad fideli, &  
iustitia defensionem tribuas, praefesque ei  
fidei, spei, & charitatis augmentum, &  
tui timorem pariter, & amorem, humili-  
tatem, perseverantiam, obedientiam,  
& patientiam, cunctaq; in eo recte dispon-  
nas, ut nemirem cum gladio isto, vel  
alio iniuste ledat & omnia cum eo iusta,  
& recta defendat, & sicuti ipse de mino-  
ri gradu ad nouum militarem prouehi-  
tur honorem, ita veterem hominem de-  
ponens, cum actibus suis nouum induat  
hominem, ut te timeat, & resile colat per-  
fidorum consortia vitet, & suam in pro-  
ximum charitatem exiredat proposito suo  
in omnibus recte obediatur & suum in cun-  
ctis iustè officium exequatur. Per Chri-  
stum dominum nostrum. Amen.

Multa alia ad illustrationem ordi-  
nis piè decenterquè instituta, quæ cō-  
memorare longum esset, & ad calcē  
huius operis ex archiuis Sancti Sepul-  
chri adjcere libuit, nec non, & tabu-  
las prælo dignissimas, haec tenus nun-  
quam editas, quibus Philippus II. Hi-  
spaniarū Rex Catholicus in summum  
ordinis Magistrum eiusque successo-  
res à militibus Hierosolymitanis, præ-  
sertim Belgis ibidem nominatis anno  
1558. in Ecclesia Hochstratana ditio-  
nis Brabantiae sunt electi. Vide, &  
Marianum Scotum, & Lambertum,  
Schaffnaburgensem, qui de pijs bonis-  
que Principib. & Episcopis qui anno  
Domini 1063. Hierosolymam pere-  
grinati sunt, scripsere. Ad horum fe-  
re Equitum normam creari solent

Equites S. Catharinæ ad mon-  
tem Sinai, eiusdem Virginis  
sacrissimo corpore cele-  
berrimum, & medianam  
rubei coloris rotam  
gladio transfixo pro  
insignibus præ-  
ferre:

Equites S.  
Cathari-  
nae.

O R D O E Q V I T V M  
S. Mauritiij, & S. Lazari  
apud Sabandos.



**I**nitia Ordinis S. Lazari reperunt à *In vita* temporibus S. Basiliij Magni Cela-  
*S. Basiliij.* rensis Episcopi, quem Gregorius Nazianzenus tradit hoc titulo Noso-  
comium excitasse. Atque eius anti-  
quitatis pariter fidem facere aiunt;  
tot prochotrophia, nosocomia, seu  
hospitalia, vt vulgò loquuntur Sancti  
Lazari nomine per orbem Christianū  
sparsa. Sed prima institutio per Bar-  
barorum incursionses, atque iniuria  
temporum collapsa cum esset, ea ipsa  
velut renata est felici illo æuo, quo  
Christiani Europæ Principes Iero-  
lymorum urbem, ceteraque Terræ  
Sanctæ loca barbaris eripuerunt. Ita-  
que vt Templarij, Hospitalarij, &  
Teutonici, sic & Lazarini Equites il-  
lo seculo, homines Christianos ex Eu-  
ropa aduentantes, nō modo hospitijs  
excepérunt, sed & strenue Saracenis  
alijsque barbaris arma intulerunt.  
Quo factum vt Balduinus II. Fulco,  
Amalricus Balduin. III, & IV. Reges  
Ierosolymitani, itemquæ Theodora,  
& Melisindis Reginæ, alijsque Princi-  
pes ipsum ordinis Magistrum, & do-  
micia in Syria eidem dicata, ac pro-  
pria, nō paucis beneficijs adfecerint:  
quorum testes tabellæ publicæ etiam-  
num Boniaci vulgò *Bognj* in dioceſi  
Aurelianensi in Gallia adseruantur.  
Quem quidem locum Equitibus ipsis

Laz.

1154.

*Ordinis Lazarini Domicilium Boniaci in Gallia,*

1518:

Lazariniis Ludouicis Gallie Rex ad-signauit, diplomate anno CIO. CLIV. dato, & Hugonis Cancellarij manu signato, Mattheo Montmorentio Gal- lie Conestabili præsente. Pulsis de-mum per Saracenos è Syria Christia-nis, Boniaci domicilium Magistri ordi-nis Lazarini est constitutum, ibiq; comitia, seu conuentus à Sodalibus quotannis haberi solement, Commenda-toribus, vt vocant, ex Italia, Sicilia, Sabaudia, Anglia, Scotia, Hungaria, alijisque prouincijs eodem conflu-en-tibus; id quidem ad annum usque su-perioris seculi octauum, & quinqua-gesimum obtinuisse constat, quo anno Boniaci Comitijs interfuerere, Com-mendatores S. Eligij Londinensis, Ban-darræ in Hungaria, Agrefoli in Sa-baudia, & alij complures à Ioanne Leuyo Magistro ordinis euocati. Ut mirum nemini videri debet Philip-pum Augustum Sæcum Ludouicum, Philippum Pulchrum, Philippum, Longum, Ioannem, Carolum VII. Ludouicum XI. Carolum VIII. Lu-douicum XII. Franciscum I. Henricum II. & Henricum III. Gallia Re-ges, Henricum item Anglia Regem, Aquitania Normanniaque Ducem, Theobaldum Comitem Blæensem, alioisque Gallie Principes multis so-dalitium Lazarinum vestigalibus an-nuis, ac priuilegijs honorasse; vt fusè Pe-rus Beloyus Consiliarius Tolosa-nus in suo de Equestribus ordinibus libello commemorat. Idem præsti-tit Fridericus II. Imp. & Siciliæ Rex, qui in ea ipsa insula, itemque in Ca-labria, Apulia, Campania, alijisque Italiæ locis amplissima, ijsdem præ-dia attribuit. Quas donationes post Alexander IV. Nicolaus III. Clemés IV. Ioannes XXII. Gregorius X. alijque Pontifices Romani iuis diploma-tibus stabiliuerunt. Solent autem La-zarini milites Crucem viride pro ordi-nis tessera præferre. & S. Augustini regulam profiteri quæ omnia Gregori-us IX. diplomate edito probavit. Temporum porro decursu, cum insti-tuti huius dignitas iaceret, Equites

Rhodij ab Innocentio VIII. P. Max. Anno CIO. CCCC. XC. impetra-runt, vt cum Rhodio, seu Joannitico confunderetur. Sicque paulatim So-dalitij Lazarini memoria, cum apud Gallos, tum apud Italos est obscura-ta. At Pius V. Pontifex id ipsum Ann. CIO. IC. LXV, excitauit; am-plissimisque priuilegijs, honoribus, immunitatibus ad initia aliarum mi-liciarum dotaait, Ioannoto Castellion-æo, viro nobili Mediolanensi, ordi-nis magistro creato, & diplomate ea de re V. Non Maias promulgato, Quod diploma Pius V. successor al-tero Pontificatus sui anno, constitu-tione viij. Kal. Febr. Et altera iij Idus Sextileis partim reuocauit, partim mo-deratus est. Cumque Vercellis anno eiusdem seculi LXXII. Castellionæus vita dicessisset, Gregorius XIII. quo maiorem huic militiæ dignita-tem conciliaret, eius principatum, seu magisterium in Emanuelem Phi-libertum Sabaudia Ducem, atque il-lius Successores anno proxime in-se-quente contulit. Philibertus autem conuentu Equitum Nicæam indi-cto, eos sacramento solemni tamquæ Ma-gnus, vt vocant. Magister, in fidem adegit, & nouas, ordini decorando, atq; amplificando leges, ac ritus eius-dem Pontificis auctoritate confirmato condidit. coniunctis, atque in vnū confusis S. Mauritijs, & S. Lazari ordi-nibus. Idem duo præterea domici lia, siue hospitia, vnum Nicæam, alte-rum Augustæ Taurinorum excepien-dis Equitibus à fundamentis luo ære excitauit, statutque vt in posterum militia S. Mauritijs, & S. Lazari nun-cuparetur; Equitesque Crucem viri-den limbo candido conclusam, in cuius medio altera D. Mauritiij su-perposita esset, in vestibus gererent. Paulus Morigius tradit Cistertiensium regulam Benedictinam ijsdem Equiti-bus à Gregorio XIII. suisse præcri-ptam. Vide & Iac. Aug. Thuanum lib. hist. 38.

1490.

1565.

1572.

1573.

*Ordo Sæciliæ Mauritiij, & S. Lazari coniun-gitur.*

*Insignia no-ua Equitū S. Lazari.*

*Regula Sæ-cti Benedi-cti.*

*Insignia antiqua Equitum S. Lazari.*



*Ordo Equitum Sancti Mauriti.*

*Martyrol.  
Rom. 22.  
Septemb.*

*In hisf. Luedouici XI.  
lib. 3.  
Orig. eques.  
cap. 20.*

**A**ds Mauritij Equites quod atinet, præferunt ij etiamnum Crucem albam, florigeram Gallis dictam, & à Sancto Martyre in bello Christianis professera obtendi solitam. Fuit is Mauritius Thebcæ Legionis Dux, & antesignanus, apud Agaunum, in confinibus Heluetiorum atque Allobrogum (locus hodie Sancti Mauritij nomen retinet, spectatq; ad Cantonum, vt vocant, siue Heluetiorum ditionem) pro Christo cum suis à Maximiano Imperatore cæsus. Hunc vt viuum tutelare, ac præsidem Allobroges venerantur, & sunt qui Sabauidia Ducum stemma ab eo deducere conantur, hoc constat S. Mauritij gladium, & annulū à Duciibus istis magno cum honore adseruari, atque vt pignus imperij, cum inauguratur, ijsdem solemnī ritu tradi. Eremiticum porrò ordinem S. Mauritij sub regula S. Augustini ab Amadeo. i. Sabauidia Duce institutum fuisse scribit P. Matthæus, & P. Beloyus, nostræ ætatis scriptores. Verustiores rerum Sabaudicarum annales tradunt Ama-deum, (qui postea ad Pontificatum vocatus Felicis V. nomen induit) relictis omnibus Ripallium ad lacum Lemanum se contulisse; atq; ibidem primo lapide à Rhonone opido cum viris nobilibus, siue Equitibus decem eremiticum vitæ genus amplexum esse, in monasterio D. Mauritij memoriae, atque honorii à maioribus ipsius dedicato, cinerea veste oblonga adsumpta, cingulo aureo, atque cinerei coloris chlamyde, cui Crux aurea

foret insuta; traditque Franciscus Modius in Pandectis Triumphalibus Eremitas Ripallia (quos milites S. Mauritij vocant) Felicis Popæ solemnis inaugurationibus anno 1440. interfusile, qualisque habitus & religio illius antea fuisset, vestibus suis præmōstrasse.

1440.

O R D O E Q V I T U M  
Santæ Mariæ de Monte Carmelo, & S. Lazari in Gallia.

**D**ifferui haec tenus. quorum opera apud Italos, & Sabaudos institutum Lazarinum in usum sic reuocatum, restat ut videamus, quibus ea gloria apud Gallos obtigerit. Dixi supra Equites Rhodios, seu Ioannitas ab Innocentio VIII. impetrasse, vt Lazarinum sodalitium ipfis adiungeretur. Quo quidem factum est, vt Ioannitæ ordinis illius principacum, ac præfetur penes se retinuerint usque ad Aemarum Castum, virum natalibus, multisque virtutibus clarissimum. Is quamquam Melitensis eques, militiam Lazarinorum, cuius princeps, ac magister erat, in Gallia instaurare primus serio nostra memoria in animum induxit, & bona patrimonialia primis possessoribus restituere conatus est. Quo laudabilis in opere cum defecisset, Philibertus Nerestanus, vir modestia simul, & fortitudine præstans (qua duo in homine militari raro co-iuncta reperias) demortui locum, ac magisterium exceptit, professione tam, aut vitæ genere Melitensib. non obstrictus. Itaque Romani profectus à Paulo V. obtinuit, vt Lazarini Equites Galli in posterum Equites S. Mariae de Monte Carmelo, & S. Lazari nuncuparentur, & violacei coloris Crucem Virginis Matris effigie insignem, ex collo pendente itemque chlamydi adfixam, exemplo Melitensem præferrent. Usus est idem Rome consilio, & opera R. P. Petri à Matre Dei Carmelitæ discalceati, qui Paulo

*Insignia  
Equitum  
S. Maria  
de Monte  
Carmelo,  
& S. Lazari.*

Tom. 12.  
an. 1587.  
in fine.

Paulo Pontifici à sacris tūc erat concessionibus, eidemq; ob singularem, morum integratatem vitæ quæ sanctitatem longè gratissimus, quo nomine, & à Baronio in Annalibus eximiè commendatur. Faxis autem Deus, vt si- cū Carmelitarum discalceatorum societatis magno Ecclesiæ bono per vniuersum orbem, misericordia efflorescit, sic & Carmelitanorum Equitum collegium paullatim maiora, Reipublicæ Christianæ commodo summat incrementa. Cæterum ann. C. 15. IX. Nerestanus Parisij in Suburbano Sæti Lazari monasterio, quod est Canonicorum, vt vocant, regularium Augustinianorum, sole mni ritu Equites aliquot creauit, dictaque tessera insigniuit, adhibitis ijsdem ferè ceremoniis, quibus Melitenses inauguratur. Hoc tamen discrimine quod Carmelitani, vt nec Mauritiani, in Sabaudia equites à nuptijs non arceantur. Ex his itaque patet, Lazarino ordine velut in duo Sodalitia, Mauritianum, & Carmelitanum parcito, ex his alterum Sabaudis, atque tralis, alterum Gallicis velut proprium hodie censerit.

### ORDO EQUESTRIS Canis, & Galli Gallinacei apud Francos.

**M**ontmorentiadum gentis stemma, quo Lisbio à Lybiæ Regibus oriundo, magno Areopagitæ martyri adparentat; origine antiquissimum Franci, & Belgis perillustre, summum Christiani nominis columē vel ab incunabulis regni Galici semper extitisse constat. Primumq; eorum parentem Protochristiani, & Archibaronis nomen (quod moræ impatiens, & zelo Christianismi incensus, eidem Lauacro, quod Rex Clodoueus primus inter Gallo Francos sacro baptisme ablutus est, se immerserit) commeruisse tradit Robertus Cænalis. Nec his contentus auctor, & ipse fuit primus, vt Aurelijs in media Galia prima sacra Comitia celebraren-

tur. Vnde Montmorenciacos primos Christicolas, & Franciæ Barojes veteri elogio nuncupari, eiusque nominis \* tessera prælijs merito inclamari, in hunc usque diem obtinuerit. Fidei insuper memorabile exemplum, in Christianam Rempublicam extare volunt, illustre Ordinis Equestris collegium, Cane nimirum, notissimo si. delicatis symbolo insignitum, & religione maiorum propagandæ, in hac familia fundatum, nullo certo quod equidem sciām, haec tenus auctore, qui Principatum, & Magisterium, vt loquuntur, ei planè attribuat, & si nō vana ratione coryphaeum egregij huīus instituti fuisse, ex Canis insignijs, quæ in casside stirps illa pro crista gestare solet, augurari liceat. Cuius rei fidem augere videtur Philippus Morœus in tabula sua insigniorum Francia vulgari sermone conscripta: Vbi inter alia gentis huius decora prodit, Buchardum Montmorenciacū ad aulam Philiippi I. multis comitantibus Equitibus venisse, qui omnes, vt & ipse Buchardus, Baltheum, seu Torquem equestrēm capitibus ceruorum distinctum, canisque effigie ex ima parte pendente exornatum, gestarent. Id exemplo multorum Principum, quos Canis insignijs delectatos fuisse in aperto est, factum reor. Ita enim Sergius Ga'ba Imperator tam sua, quam maiorum acta, & insignia hoc symbolo notauit. Canis erat à prora desulturienti similis, quo vigilatiam, ac firmas excubias aduersus tempestates conferre designauit, & Ægyptijs sub forma Canis copula religati milites officium exhibuerunt, & milites Plato custodes, & canibus similes appellat, hodieque apud Belgas Croyorum Regia prosapia, cane inter duas alas auitis Hungariæ regni insignijs, superimponere confuevit: Cuius denique fidei, & nobilitatis apud omnes gentes indicia haberit, i. Lipsius aliquj; rerum illarum curiosi produnt auctores.

Ordinis porrò, qui Galli Gallinacei titulo circumfertur, Equitem nobis

\* Dieruer ayde, au premier Chrefien, & Baron de France.

Croyorum  
Insignia.  
Cet. i. Epis.  
44. ad Bel-  
gas. Ordo  
Equitū Gal-  
li Gallina-  
cei.

Cap. II.

bis prædicant Petrum quendā Montmorenciacum , Genealogici eiusdem stirpis commentatores , minimè verò edocentes erectionis tempus , vel aucto rem, quod Petrus Beloijus in originibus suis maximè conqueritur : ex iis tamen colligi ait , Gallos Principes pugnacis adeò animalis hieroglyphico ductos , sodalitium Equestrē instituisse , quod Martis pullum eum vocet Aristophanes , & Eucherius imperij doceat esse symbolum . In augurali verò disciplina , Gallus est victoriæ signum , propterea quod aus illa victa filere soleat , canere , si viceit , & rectè Romani posteriorib. seculis bel li indicis hastæ in fines hostium coniūciendæ ritu obolescēte , belllico Gallinacei signo vni sunt , cum ex eo etiam Agonistica sibi milites pararent . Ita ferunt Socratē Iphicrati duci animos adiecissem , cū Gallinaceos coram Gallia pennis , & rostro dimicantes ei præmonstrasset ; quod & Themistocles ad suos animandos fecerat , cūm ostenderet , eos non pro patria , neque pro penatibus , neque pro maiorū sepulchris vxoribusq; aut liberis id incommodi aggressos , sed ea tantum de causa , ne vincerentur , nolle alterum alteri cedere . Eo exemplo superatis Persis , Themistocles Athenis spectaculum Gallorum quotannis celebrandum instituit , teste Aeliano , idq; Pergami etiam edi solitum scribit Plinius , cuius rei vestigium hodieq; apud Eburones inuenias : quamquam ea ludicro fieri apud Lucianum & Herodianū legas . Quod si in numnum incideris Gallinaceorum confictū notatū , scias eam fuisse Dardanorum pecuniam Polluce teste , nam illi magnum pugnacitatis decus , vt & Gallo . Franci sibi antiquitus usurpauere : quo honore Dardani semper apud Marontem , cū fecus Phryges ferri , vt imbellies notentur . Periarum porrò milites Galli nuncupabant à Caribus ob conos quibus galeas ornatas habebant , eaq; de cau fa Artoxerxes hominem è Caria qui Cyrus Galli signum prætendentem vulnerasse creditus est , eo honestauit

præmio , vt Gallum aureum in lancea præfixum ante aciem ferret , auctore Plutarcho : & Pausanias Idomenei clypeū Gallo Gallinaceo insigniti fuisse tradit propterea quod is à Minōe , & Pasiphaen duceret originem , qua Solis filia fuerit , cui Gallus dedicari solitus , quia orum eius præsentiat , & cantum indicet mortalibus : à medie enim noctis inclinatione explaudentibus , vt Lucretius ait , alis : *Auroram Plin. li. 10. clara consuetus voce vocare , & matutini astris (nam & sydera nouit , & aeter nas distinguit horas) cottidie cōmodulatur : Christianisq; in summo turriū fastigio diuinitatis simulachru ob oculos ponere cōspicitur . Similia multa Gallos Principes ad instituendum ordinem militarem , heroica Galli alitis eiusdem nominis gentem interpretantis tessera insignem spectacula- se , innuere videtur Petrus Beloyus .*

Cæterum quod Montmorenciacam prosapiam hisce duobus ordinum militarium insignibus nobilitatam reperiāmus , haud erit incōgruum insignia gentilitia , eiusmodi symbolis condecorari solita , ob gentis (quam & Reges affinitate sua dignati sunt ) apud Francos , ac Belgas clarissimæ dignitatem hic inferere . Ea à multis retro seculis ex Cruce candida , & aquilinis pullis cyanei coloris in campo aureo composita fuisse , ostendunt \* tabulae Matthæi de Motmorenciaco Equitum magistrorum (qui sacro contra Albigenses bello , cum Ludouico Philippi Galliæ Regis filio primogenito , interfuit , & inter Gallos Bizantij expugnatores emicuit , magnamq; inde gloriam retulit ) ac fratrū eius Theobaldi Bocharidi & Eruei . quas exarmario Vicenarū rei testandæ gratia producit Papyrius Massonus in reb suis Lib. 3. Anno 1179. Gallicis . illæ enim , vti ibidem subiunctum dicat , cereum signum integrum adhuc , & incorruptum habent , in quo Crux , & locis distincti aquilini pulli quartuor tantum spectantur , & inscriptio huiusmodi : *Sigillum Matthæi de Montmorenciano . Idem planè in æreo eiusdem gentis sigillo se vidisse testatur loan-*

**De Insign.** Ioánes Feronius, suisq; distincti colo-  
ribus hodieq; spectari adfirmat, in ba-  
silica Calidi móris vulgo Chaumontel  
apud Luzarchum in ditione dicti Mat-  
thaei. Subsequenti verò ætate Othonis  
Imp. mutatum cōprobat idē auctor  
ex Dani historia, cū alter eiusdē nomi-  
nis Matthæus Buchardi Barbati parés  
& belli contra infideles Dux in Terra  
sanguinis (locus est vbi hodie Lugdu-  
nū situm, cui à memorabili Mauroru-  
strage mansit nomen) deuictis hostib.  
cœloq; Amoræ eorum Principe,  
Aquila triumphatrices exinde sexde-  
cim, totidem quocepere signa, cum  
Cruce rubea (qua candida Frâcia gê-  
tis more vti consuerat) antiquis insig-  
nijs in perpetuum rei gestæ testimoni-  
niū, quasi *Memor enīs*, immiscuit: quæ  
ad successores continuata serie trans-  
lata, adeoq; ad ipsum Annā Montmo-  
rentiorum Ducē maioribus militari  
laude haud inferiorem (quod symbo-  
lū eius ex armato brachio manuq; li-  
liatum, seu Francicum gladiū preten-  
dente cum voce APLANOS abunde  
indicat) deuenere. Omníb. ille hono-  
rū gladiib. gloriissimè decursus, cla-  
risimus, regni Gallici defensor acer-  
rimus, & regiorum liberorum tutor,  
& quasi alter parens est habitus, eū in  
Herculis Alenconiorum Ducis desti-  
nati (qui mutato nomine Franciscus  
appellatus est) aero lustrico fideiube-  
re est datum; cui Francisco pacē, vti  
Gallia, bis in regno sanctam, nos hoc  
æternū dēbimur, quod in fac. nostro  
lauacro, hæreticis ne quidquam fre-  
mentibus, spopôderit, nomenq; quod  
cum Auo Francisco I. cōmune habe-  
bat, imposuerit. Quantum verò huius  
Annæ Montmorentiadū meritis, sum-  
maq; in patriam, & Galliæ nomē cha-  
ritati sese obstrictam fenserit ipsa Gal-  
lia, tunc demum commonstrauit, cum  
viri tot adoreis macti orba, quasi in  
funere publico constituta, ad cuius  
patrocinium se verteret, ignoraret;  
& iusta regali ferè pompa, deducta,  
nempe ipsius effigie, qui honoris solis  
regibus, ac Regum filiis in eo regno  
habetur, persolueret.

O R D O E Q V I T V M  
Ginetæ in Gallia.

**C**arolus Tudes, siue Martellus, à  
Martello, & martialibus quodā-  
modo, gætis, nomē sortitus, Equestris  
ordinis in primis fuit studiofissimus,  
adeoque annullorum vnum Romanis  
Equitibus olim proprium in imperio  
Gallico renouauit, nobilemq; colle-  
git Equitum manum, cui Gineta sym-  
bolum annulis, & torquibus incul-  
ptum cæterisque corporis ornamen-  
tis præferendum dedit, moremque ad  
tempora vsque S. Ludouici transmis-  
it. Huius instituti varias ab aucto-  
ribus adferri rationes tradit Bernardus  
Girardus Dominus Hallianus  
Galliæ Regis historiographus: Do-  
minus tamen Hayensis præfectus Pi-  
stauiensis ad coniugis dicti Caroli  
etymon, quam veteri lingua lanetam  
aut Ioannem vocare solitus erat, cau-  
sam refert. Petri verò Beloi Præsidis  
Tolosani sententia nobis haud impro-  
banda videtur. Is à memorabili illa,  
per Carolum regniq; proceres de Sa-  
raceris (qnam ex Hilpania in Galliâ Anno cir-  
descenderant) apud Turonium parta citer 738.  
victoria, nō incongruè desumit, quod  
nobilissimos quoique, qui ei prælio  
interfuisserint Gineta titulo, & insigni  
maculis nigris interstincto, donasset,  
testande vtique posteritati eam se-  
gentem (quæ partibus illis Hispaniæ,  
Gineta copia nobilissimæ, in Christia-  
ni nominis per niciem exiuerat) ad  
interitum deleuisse. Est autem Gine-  
ta in Hispania mustelæ, aut vulpis ge-  
xercita. li-  
nus potius (quod variū apud Iulium 15. de sub-  
Cæf. Scaligerum legas) pellem ha-  
bilis partim nigrum, partim subcine-  
riciam, maculis præsertim nigris in-  
signi ordine respersam, ob odorem  
pulchritudinis raritatem, aliaque  
dotes principibus viris commenda-  
bilem, teste Cardano. qui ex Hispa-  
nia illud submitti adfirmat, et si non  
ignoremus eiusdem etiam nominis  
præstantissimos equos (quos Ginetas  
appellare solent) à Regibus Hispaniæ  
mune.

muneris ( ob excellentiam ) vice , ad  
externos cohonestados Principes, non  
raro adornari , & Gineta vehi ( quod  
Maurorum more equitare est ) inter  
nobilitatis decora apud Hilpanos ha  
beri: quorum cursu in Hippodromis  
maximiō oblectantur , dum Equestris  
instituunt pugnas , in quibus arundi  
nibus , & carnis hastarum loco se  
mutuo exercent, eum ad modum, quo  
Mauri hastas torquere , & in hostes  
iacere solere : quos ludos *Juegos de  
Cannas* patria lingua nominant. Et  
Gineræ Equitibus nomen inde man  
fisse , & quod nonnulli referant, haud  
adèd absurdum duxerim.

*Genitæ. &  
Spartum  
quid hinc.  
lib. i. 9. &  
24.*

*P. Beloyus  
cap. 10.*

Sunt qui scribant Carolum VI. Re  
gum, auctorem Ordinis Genitæ, aut  
Sparti, vulgo *Coffe de Geneſe* exitissime,  
Verum ut dicto Beloijo placet , non  
fuit illud Equestrium virorum hono  
rarum, sed solummodò eorum, quos  
Seruientes ad arma, aut Scutiferos vo  
camus, qui nobili essent sanguine  
procreati, custodiam corporis Regij  
agentes, quosque Rex ipse, Ioannis I.  
Castellæ Regis exemplū secutus ( qui  
Armigeros insigni *Rationis* donauit )  
armigerorum titulo gaudere, & ope  
ra eorum , tamquam voluntatis suæ ,  
& mandati interpretum apud Princi  
pes vti voluit: insolentiæ nimirum vi  
tandæ, qua per vulgares illi appari  
tores humili plerumque loco natos ,  
apud eminentioris notæ proceres, qui  
superiorem excepto Rege neminem  
agnoscunt , peccari sœpè esset indi  
gnum . Eius reitabulas producit Pe  
trus de S. Iuliano in antiquitatibus  
suis Burgundicis, quibus Carolus VI.  
Robertum Margnym , huius sodali  
tij Armigerum , quod non nisi in  
verum nobilem cadere po  
test, nuncupauit ve  
stigiumque eius  
rei hodieq;  
apud  
Normannos extare  
produnt Gal  
lici anna  
les.

E Q V I T V M L I L I I  
Ordo in Regno Na  
uarræ.

1023,  
**S**anctius Hispaniarum Imp. & IV.  
Nauarræ Rex , eam maiestatis, ac  
potentia amplitudinem consecutus ,  
qua nulla maior nec æqualis Gothici  
regni euersione in Hispania visa fue  
rat, tot amplorum regnorum facta  
inter filios suos diuisione : Nauarræ  
Garciaæ ordinis huius Equestris funda  
tori, Castellam Ferdinando Sopra  
biam , ac Ripacurtiam Gundisaluo .  
Arragoniam denique Ranimiro ( qui  
primus omnium Arragonensem titu  
lum gētilicij nominis loco sibi ac po  
steris vendicauit ) attribuit. Huius  
Garciaæ VI. Nauarræ Regis ætate, qui  
Nagerensis, siue de Nagera ( locus is  
erat incunabulis, domicilio, & sepul  
cro regis eiusdem clarissimus) cognō  
minatus fuit; Hispani scriptores diu  
ino numine inuentam tradunt , sacra  
tissimam Diuæ Virginis Regalis Mo  
nasterij in vrbe Nagerensi imaginem ,  
cuius honori, Garzias Rex , & cōiux  
Stephana stirpis Foxiensis , filia nimir  
um Comitis Carcastonæ ( cui origi  
nem suam debent Foxij , & Candalæ  
Comites, qui postea quingentes plus  
minus annos dominis ij præfuerere )  
optimum religiosorum ordinis D. Be  
nedicti conuentum dedicarunt ipseq;  
Rex ordinem Equitum Lilij , quem  
ante omnes in Hispania augustissimū  
reperio , certo conscripto numero ,  
erexit ; vasculum lilijs candidis insi  
gne , & memoratae Virginis imagini  
ad pictum , rei præbuit auspicio te  
ste P. Beloyo . Eius namque assum  
pto emblemate , Rex Equitum adle  
ctorum vestes lilijs acu , vel alia no  
biliaris manus opera elaboratis, insi  
gniri mandauit . Cui etiam sodalitio  
Infantes Regij adscripti, magnoq; Na  
uarrorum exterorumq; procerum  
( quibus Rex antiquorū erga Nauar  
ræ Regis meritorum cōtemplatione ,  
priuilegia Equitum Roncisvalis an  
no 1043. confirmauit) adnumerata se  
ries.

*Cap. 12.  
Insigne E  
quitum Li  
lij.*

ries. Leges etiam attulit, quibus Christi nomen aduersus fidei hostes defendere, & propagare, certasque orationes Dominicanas, & salutationes Angelicas cotidie rectare tenerentur: eoque fulcro iubnixum laudissimum hoc institutum rebus domi militiæque gestis clarissimum, ad stirpis Regiæ polteritatem longa serie transmisum, multisque seculis conseruatum perduravit: tantibus id majorum Regijs insignibus, quibus inscriptum etiam hodie legatur, Deus pri-

mum Christianum seruet.


**E**quites Li-  
ly in Ar-  
ragonie.  
1403.  
Lib. 12.  
cap. 30.

**I**arra Li-  
rios y un  
grypho.

**H**ier. ad-  
uers. lou-  
nianum.

Liliatorum Equitum ordinem honori D. Virginis à Ferdinando Arragonio (quem infantem de Antequera dixerunt) anno 1403. dedicatū prodit Hieronymus Curita, in Rebus Arragonie; cuius tessera ipse Rex, cum aliquot alijs, non tam splendore natuum, quam virtute illustribus viris, in Ecclesia Sancte Mariæ Antiqua opidi Methymne Campensis, rito solemni suscepit. Erat ea ex vase lirij, & grypho confecta. Lirium autem flos propriè est, quem Theophrastus lib. de plantis narcissum esse dicit; alij lilyum, pulchritudinis candoris, & puritatis, adeoque Deo, & Angelis pergratum symbolum. Qui & flos Regius solet appellari, à Regia qua præstat celsitudine, quod tanta proceritate super flores alios attollitur, ut ad tria interdum cubita surrigatur. Et Gryphus ex Aquila, & Leone confitum animal. ut fabulantur, simulacrum est generosi & magni animi, ideoque non inepte Apollini sapietia præfidi dedicarunt antiqui. Hieronymus verò Romanus hunc ordinem vulgo vocitatum refert, *La orden de la Tercera o de las Acuenas, o larra de S. Maria*, quod idem sonat quod *Ordo Liliorum*, aut *Vasculum S. Mariæ*. Vide eundem lib. 7. de Rep. & infra ordinem Equestrem, Cardui Beate Mariæ Virginis, in familia Borboniorum fundatum.

**O**RDO EQVITVM  
Hospitaliorum S. Joannis Hiero-  
solymitani, qui post Rhodij,  
nunc Melitenses di-  
cuntur.



**Q**uo tempore Terra Sancta Catholicorum Principum expeditionibus celebris esse cepit, Christique nomini recuperari, quatuor præcipue sacri militiarum ordines Hierosolymis aut exorti, aut restituti, auctique fuere: Hospitaliorum qui & S. Joannis dicti sunt à Gerardo quodam, Templari orum ab Hugone, & Gotifredo; S. Mariæ Teutonicorum à Germanis; & Ordo S. Lazarii origine antiquissimus, & diu ante à D. Basilio conditus: quos intersemper excelluisse produnt ordinem Militum Sancti Joannis, à Ioâne Hircano Machabeo trahenti originem, aut certè à Ioanne eleemosynario, Patriarcha Alexandrino, dignitatis cognomine in panperes celeberrimo, vota licet Joanni Baptista, ut patrono nuncuparent. Quorum ab initio sedes primaria fuit Hospitale S. Joannis in Hierusalem (quod militib. Hospitaliorum nomen dedit) à Girardo quodam loca Christi pedibus calcata, & sanguine resperla visente, novo ferooris genere exædificatum, attractisque in consilij societatem nobilibus aliquot, instituti sui probato rem habuit Gelasium Papam II. & viuendi rationem: Vestem nigram, Cru-

Crucemque in ea candidam; commilitonib. Honorio H. P. M. annuente attribuit; Leges autem auctiores attulit Raymundus de Rodio primus ordinis formati Magister, qui se inibi vocat *Seruum pauperum Christi, & hospitalis Hierusalem custodem*, adiitque de *Consilio capituli fratrum* se ibi digestas sanctiones constituisse, quæ variæ, & Christiana pietatis plena in codice statutorū, cui 88. Pontificum præfixa visuntur priuilegia, quibusuis ob oculos ponuntur. Cœnobia ordinis rariora sunt, bona & census in omnibus ferè prouincijs. Quod nihil mirum e videbitur, qui sciet eos innocentij Papæ, & aliorum munitos diplomate olim, omnia Christianis ferè habitata loca obtinuisse, & pro *Confrarij suis*; sic Sodalitij bulla vocat, eleemosynis vndique Christianorum liberaitate dotatos fuisse, vti copiosè apud Tyrium lib. 18. c. 5. *Vitriacum cap. 64.* & Marinū Sanutum *Torsellum*, lib. 3. part. 8. bellis scriptores est reperire, quibus vnamiter placet, Equitum illorum professionis, ex voto Religionis, finem fuisse, peregrinis ad loca sacra confluentibus genus omne officij, ac pietatis sollicitè exhibere; ad hæc itinera à latrocinijs, & incursionibus barbarorum tuta reddere, quod adeò fortiter prælitere, vt Christianorum etiam Principum auxilijs subnixi, felicissimè sèpius exercitum in Saracenos duxerint, idque incrementi, quod hodie cernere est, sumperunt. Christianorum pòrrò reb. in Syria perditis, Rhodi insulæ ius omne à Clemente V. Pont. Max. ijs attributum atq; confirmatum testatur Paulus Aemilius Blondus, & alij. Non rarò postea illa ab infidelibus tentata, & Mahometem quidem ipsum Turcum Imp. viðrici semper manu, anno scil. 1460. & 1481. à se repulit. Quāuis consequentis seculi anno vicefimo tertio à Solimanno XI. Turcarū Imp. non tam viðta, quam proditione (quæ fortissimos quoque perdere potest) superata, in barbarorum manus deue-

nire coacta est, Melitam ad extreum à Carolo V. & Clemente VII. dono acceptam Rhodienses concessere. Insula ea est non procul à Pachino promontorio, Sparta quasi Christianorum aduersus insulæ Turcicos obex & insuperabile munimentum. Vnde cum Teutonici ordinis sodalibus soluentes, publicos fidei hostes indesinenter fatigant, & à Siciliæ atque Italia ingressu fortissimè abarcent honosifico adeo simul, & formidabili per totum Orientem comparato nomine, vt Crucigeri ab infidelibus terroris ergò inclamentur: ab eo nimis tempore, quo Solimannum, & nostra memoria Amurathem, claustrum illud Italiae imo Europæ effingere conatæ, memorabili clade, suorum nūquam interitura gloria affècere. Præclaræ huius ordinis statuta à Raymundo Podo, cæterisq; omnibus Magistris præscripta, & per nonnullos S.R.E. Cardinales diligenter examinata, cum Paul. III. approbasset, eadem in Comitijs Melitensibus aucta. anno 1584. & in vnum volumen redacta sub nomine Hugonis Lupi Verdale Vasconis (qui Ioanni Episcopio Casserio paoximè succedens supremum Magistratum cum corona, quæ Principatus à Pontificiibus adiecti, insione est, suscepit, & meritis suis Cardinalium Collegio postea adscriptus.) Six. V. anno 1586. Pòtificatus sui primo confirmavit. Vetant autem statuta quemquam nisi nobili loco natum, ad Equitris huius dignitatis fastigium promoueri, ad quæ etiam foeminae, iuxta Magistri Hugonis Reuelij tabulas admittuntur, nec mirum, cum & Agneti cuidam nobilissimæ foeminæ ordinis initia accepta referantur: Diuidunturque hodiè omnes ferè in octo linguis, vt vocant, siue prouincias, quibus singulis datus est Prior, omnibus autem præest Magister Magnus olim Hierosolymis, nūc Melita post amisam Rhodon residens. Ille reliquorum militum suffragijs Piores, & Bailliuos quaqua versum constitut: Piores in suo tractu. Præceptores

1585,

Exstat: Ro-  
melatinè

1588.

Io. Azo-  
rius li. 13.  
c. 3. & 4.

CON-

consilij membra sunt maioris, magnus Praeceptor Marescallus sive Equitum. Tribunus, penes quem ius armorum est, *Hospitalarius, Admiratus*, qui classi praefest, Draperius, Turcupulerius, qui Balii conuentuales dicuntur, & Cancellarius. Atque hanc quidem ordinis tota Europa spectatissimi rationem exquisitissime persequitur. ( *zacobus Bosius, Ioannes Azorius* ) & P. Bojsatius, dominus Liciensis, & Christianissimi Regis Conciliarius, in historia illa, quam nuper de huius militiae progressu, de priuilegijs eidem à Summis Pontificibus conceisis, magistrorum, seu Prefectorum generalium rebus domi militiaeque praelarè gestis, vniuersè commentatus est, &

*An. 1602.* Adolfo Vignacurio Principi Melitensi, & Gozeni inscripsit.

Cæterum ceremonias ( plenæ enim sunt Christianæ pietatis, & militaris ornamenti ) quæ adhibentur cum aliquis in Equitem Melitensem collegium adoptatur, & quæ instar cæterarum erunt, præstat hic breuissime ex Antonio Possevino adscribere.

*Cerea fax quid:* Ceream primò, & cädidam facem ( quæ charitatem designat ) gestas tyro, atque ante altare procumbens, in genua talarem induitus veste ( liber tatis signum ) minimè præcinctam, petiti ab eo cui facultas sit, vt se admittat. Tum in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, deauratumensem eo nomine accipit, vt Catholica Ecclesiam tueatur, hostes abigat, & domet, parcat subiecti, morti, si fuerit opus, leiplum pro fide exponat, ea omnia in virtute Crucis faciat, quæ capulus transuerso ferro significat.

*Baltheus.* Deinde cingitur baltheo, vt sciat sibi castitatem esse seruandam. Euaginatio ense ter percutitur, in humero, vt meminerit sibi grauia ob Christi honorem esse toleranda. Eundem ipse mox ensem de manu Equitis capiens, ac stringens, terque aerem punctum feriens, hostes Catholicæ fidei in nomine SS. Trinitatis ijs gestibus sive provocare ostendit. Rursus detersum brachio ensem imponens in Vaginam,

indicat se fore posthac ab omnibus viris mundissimum, quem prudentia in cunctis rebus comitetur, iustitia compellat ad conseruandas Respublicas, fortitudo munit, temperantia modereatur. Tum manu traditens militarem ordinem humeris admota excitatur, monetur, ne in peccatis torpefacat, aut dormiat; vigilet autem in fide Domini, adspiret ad verum decus res gerat insignes, quas strenue tractet. Vbi aurata calcaneis calcaria à duobus Equitibus admouentur, doceatur, vt si mulos continenter ad quælibet laudabilia gerat in animo, aurum pedibus conculceret tanquam lucis, nec vñquam agat quidquam animo indignum libali, quantoquaque ab hostibus auro ad id inuitaretur. Cerea iterum Diuini verbi audito, face accensa in manibus accepta, & Diuino Verbo publicè, ac sacro Missæ auditio, operibus autem pietatis, atque hospitalitate, quin etiam redemptione captiuorum ei commendata, narratis item laboribus, quos in eo subiitrus est ordine, in quo suam libertatem cuiilibet Equiti suo superiori traditur sit. Interrogatus demum num graui ære alieno obstrictus, vel matrimonio sit iunctus, numve in altero ordine regulari victurum se voverit, aut professionem ediderit, an vero inter Rhodios Equites viuere, decreuerit, vt iniurias aliquas vlcisce retrur, atque à seculari Magistratu esset immunis. Vbi quæ opus sunt respondit, professionem edit, atque in aliorum ordinem adsciscitur. Hæc vbi acta sunt, Missale super quo solem niter tria vota professus est, portat ad altare, & inde illud reportâs ad eum, a quo accipit insignia Equitum, fit particeps priuilegorum, & condonacionum, sive indulgentiarum, quas Sedes Apostolica Rhodijs Equitibus concessit. Tum indictis ( quæ singulis diebus ei recitandæ sunt orationes Dominicae, & salutationes Angelicae cœcum quinquaginta ) vel precibus horarijs B. Virginis, aut pro defunctis, totidem item precationib. dominicis, ac salutationibus Angelicis, pro singulis

*Excitatio.**Calcaria deaurata.**Diuini verbi audito.**Interrogatio.**Missale ad altare portatur.**Participatio priuilegiorum, & indulgentiarum.**Recitatio quotidiana.**precium.**E qui*

*allij efer  
suo.* qui ex hac vita inter eos discedunt; Pal-  
lum quo Equites indui solent, ostendit; tablata in altum eius parte, vel  
limbo, ac manicis, ut asperimæ vitæ  
meminerint, quam duxit Ioannes Ba-  
ptista vir sanctus, quem tutelare in  
ideo Equites habent, ut imitantur. Ma-  
nicas induens obediëtæ leges induat.  
Octogonam Crucem, eamque ex pu-  
ra linea tela candidam accipiens, mo-  
netur sanguinis, quem profundere lib-  
ens debeat, & à Christianorum fini-  
bus hostes repellat. Monetur item  
puritatis, atque octo beatitudinum,  
quas consequetur, qui legitimè eam  
gestantes Crucem militauerint. Ad  
extremum fane collo imposito, ut do-  
minici iugi, quod subire debet, recordar-  
tur, in pace dimittitur. Professio-  
nis autem hæc forma est. Ego N. vo-  
neo Deo omnipotenti, & eius marie im-  
maculata Virgini Maria, & S. Ioanni  
Baptista, me obseruaturum perpetuè, Deo  
iuuante, veram obedientiam cuilibet su-  
periori, qui mihi à Deo, & ab ipso ordine  
dabitur, item me vieturum absque pro-  
prio, & castitatem seruaturum. Hæc  
igitur illi.

S. Joannes  
Bapt. & di-  
nis Melitiæ  
sunt tutelar-  
ris.  
Crux octo-  
gonæ.

Professionis  
forma ve-  
tus, & no-  
sa apud  
Ioan. Lori-  
num li. 13.  
cap. 3.

### T E M P L A R I O R V M Equitum Ordo.



*Platina, et  
Genbr. in  
Gelasio. 2.* Bello sacro Urbani II. P. M. au-  
spicijs, & Godofredi Bullonij  
Ducis Lotharingiæ ductu felici-  
cissimi confecto, ad ea conseruanda  
qua fortissimè recuperata erant, Ho-  
spitalariorum exemplo; Templario-

rum Ordo, cuius originem Pôtacius  
ad Gelafij II. tempora refert, à Gal-  
lis Principibus erectus fuit, quia Gal-  
lorum maximè opera recuperata  
Hierosolyma fuerat, cuius instituti  
principiū existere Principes Hugo de  
Paganis, & Gausfridus à Sancto Au-  
domaro Equestri ambo dignitate in-  
signes. Et quoniam iuxta templum  
Domini loco à Balduino Rege con-  
cessio, commorarentur; Fratres mili-  
tia Templi, seu Templarij sunt appelle-  
lati. Seteruntque adeò numero no-  
uem toto nouennio, more Canonico-  
rum Regularium (quod in manu Gu-  
arimundi Patriarchæ Hierosolymita-  
ni ita professi essent) viventes, & pe-  
regrinos per loca sacra contra latro-  
num, & Barbarorum insidias ducen-  
tes, ac reducentes, teste Guil. Tyrro  
lib. 12. de bello sacro cap. 7. Donec  
ann. 1118. de mandato Honorij Papæ  
& Stephanii Hierosolymitani Patriarchæ, Ser. ad mi-  
litates Tepli.  
instituta est eis regula, (quam  
à D. Bernardo conscriptam affirmat)  
& albus habitus: Eugenij demum  
Pontificis auctoritate Crux rubea  
attributa. Ut scilicet vestes albas in  
signum innocentiae deferentes, per  
Cruces rubeas martyrium ob Chri-  
sti nomen non subterfugiendum desi-  
gnarent; ed quod sanguinem proprium  
secundum instituta regulæ, pro defen-  
sione Terræ Sanctæ, effundere essent  
obstricti; & Christi Crucis inimicos  
viriliter expugnando à Christianorū  
finibus propellere. Vnde, & Vitria-  
cus inquit in Hist. Orient. c. 65. & 66.  
*Deut. 32.*  
Adeo formidabiles facti sunt fidei Chri-  
sti aduersarii quod unus persequebatur  
mille, & duodecim milia, non quo es-  
sent, sed magis ubi essent, dum ad arma  
clamaretur, interrogantes. Leones in  
bello agni mansueti in domo in expedi-  
tione milites asperi, in Ecclesia velue  
Eremite, Monachi, inimici Christi du-  
ri, & ferociæ; Christianis autem beni-  
gni, & miti: Vexillum bipartitum ex  
albo, et nigro, quod nominant Beaueant  
(quasi Bea Seant) præium habentes:  
ed quod Christi amici candidi sunt, &  
benigni, nigræ autem, & terribiles inimici.  
Cru-

Crucem verò ordinis tessaram fuisse volunt octogonam, illius instar; qua hodie Equites Melitenses insigniantur: & quali Iacobi Molae victimi Templariorum magistri effigies in Gallia communiter exhibetur. Hieronymus tamen Romanus Hispanus contendit fuisse duplificem, & quasi Patriarchalem; qualem insignia antiqua præfereunt Hungariae, & in Republica sua Mundi ob oculos expressiam ponit. Multis tandem exantlatis pro Republica Christiana laboribus, antiquissimus iste ordo Viennæ in Concilio Patrum decreto damnatus; & totaliter extinctus est, bonaque Hospitalarijs addita; quo illi tempore Rhodium insulam Turcis eripuerunt: nec non Spathiferi, Calatruenes, Montesiani, Christi opimo ex ijs detracito censu aucti fuere. Iure ne au iniuria, variant annales; fama tamen frequenter, & sensu prope omnium damnat. Diuitias, quibus aucti immensum fuerant, malo fuisse, fateamur necesse est: siue virtutum indeole, quibus res tantas terra marique perfecerant, voluptatibus extincta: siue ex ea re inuidia apud populum conflata, apud Principes spe lucri excitata. Tam citato in omne improbitatis genus degenerasse vix esset credibile, nisi Clemētis V. Pont. Maxim. diplomata, quæ inter tabulas adis Toletanæ omnium maximæ, (vti Ioannes Mariana li. 15 Rer. Hisp. cap. 10. testatur) plura extant indicio essent: Famam haud-quaquam vanam fuisse, affirmantis duos, & sexaginta ex eo ordine, se coram quæstione habita, scelera nefandissima fassos, veniam petijisse. Huius porro abolitionis disquisitionem in veramque partem fusè admodum reperire licet apud dictum Marianam loco citato: Villaneum, Antonium, Platinam in Clemēte V. Rob. Gaguinum in Philippo Pulchro, Papyrium Massonum lib. 3. Annal. Ioan. Azorium lib. 13. Institut. Moral. c. 6. (qui de Commendis, Beneficijs, precibus horarijs, votis variorum Ordinum docte admodū scriptis, & alios.

ORDO EQUITVM  
Teutonicorum Hospitalis Sanctæ  
Etæ Mariae in Hierusalem, qui  
alio nomine Crucigeri,  
& Mariani dicti.



**E**adem penitestate Friderico I. Imp. à Gregorio V. II. iteris, ac legationibus impulsu copias quoque amplissimas in Syrianucente, exædificata Hierosolymis S. Mariæ æde (quæ nomine Equitibus S. Marie Teutonicorum in Hierusalem peperit) Ordo Teutonicorum Celestino III. P. Max. sub regula D. Augustini approbante, aduersus fidei Christianæ hostes institutus etiam fuit. Cuius quidem instituti milites Templariorum, & fratrum S. Ioannis normam secuti, & in vnam quasi conflatam solemni voto profesti; ad discrimen Cruces nigras albis chlamydibus apposuere; vt fusè citatis locis edocent Tyrius, Vitriacus, & Morinus Sanctus Torsellus Patricius Venetus in Secretis fidelium Crucis. Henricus V Valpot, vir fortissimus primus ordini magister datus, æquata cum Regibus potestate creandi Equites, & à dicto Celestino sacra in armis operandi facultate, vt de iisdem vere dicere liceat, quod Rodericus Archiepiscopus Toletanus de suis prodit Equitibus. Qui laudabant in caniculis, accincti sunt ense, & qui genebant orantes ad defensionem patriæ &c. Adeo

Lib. 3. p. 8.

Lib. 7. c. 4.  
& 27.

Insignia  
Rofarij.

Lib. 9.

Cromerius  
lib 8.9. &  
10.

vt Religiosa quadam societate , inter se deuincti nō minorem orationibus , quam armis nauarent opérām , & Mariam Virginem cuius sese patrocinio deuouerant . Rosarium nempe cuius tesseram , & in Scuto cum diadēma Cruce Mariæ Burgi posteā assumpserunt cotidie recitando inuocarent ; vnde etiā Marianī , & Crucigeri hodieque sunt appellati . Capta autem vrbe Hierosolymitanā à Saladinō Saracenorūm Duce ; Sodalitium Teutonicum Aconem , seu Prolēmājda translaūm . Inde , vt ex tota item Syria cum ceteris Christianis expulsum Fridericus Secundus in Germania collocauit , quod ybi ad Prussiæ prouinciam à Christi fide tunc alienam , & Poloniis Christianis infensam subiugendam , Christique Religionē imbuedandam , sola interueniente Gregorij IX . auctoritate destinasset , vt late narrat Crōmerus , & ex publicis actis contra Nauclerum . & alios probat , inter vicinos Principes Christianos . & istos Teutonicos milites mirum , quām variae similitates , & contentiones , quæ ad arma protrumperet , exortæ sint . Ad quas assidue componendas ne ordinis illius præclari ad fidem dilatandam progressus , quibus Satan inuidiebat , impedirentur , Romani Pontifices incessanter aduigilarunt , eoque factum vt Conradus Mazouix Dux à Borusis (qui hodie Prussi) tunc Christi hostib⁹ bello attritus , ordinem hunc sibi coniunxit ; & Culumensi agro concessa totam Prussiam , & omnē eam ditionem , quæ trans Viſtulam ad mare Balticum porrigitur , occupandam dederit . annoque deinceps LIII . ac salutis nostræ CIO . CC . LXXIX . debellata prouincia Christi nomen à Teutonicis in ea sit constitutum ductore Hermanno Saltza Magistro , spectatæ virtus Duce , qui primus facra Domus vexillum in Prussiam traduxit , quo officio , non plebis tantum animos , sed etiam principum voluntates sibi conciliarunt . Deinde ab ijsdem acerrima bella contra Lithuaniaos , & Tataros pro Poloniis pu-

gnata : Arctissima tunc inter illos , & Poloniæ Reges amicitia coijt , donec extincta vetere Regum stirpe , & Christi nomine è Lithuania suscepito , tagello Lithuania princeps à Polonis in Regem acceptus est coniuncta cum Polonia Lithuania . Eius progenies , quæ in ultis eot clades , à Teutonico ordine illatas ad suum dédeces pertinerent existimabat , nihil non ab eō tempore fecit , quo Teutonicos actū , seu vi antiqua possessione depeleret : infelici quidem per initia successu vi , & iniusto conatu . Ingenti tandem clade affecti Equites proprie Tannebergam Anno 1400 . X . Idus Quintiles sub Venceslao tagelloae amissis L . hominum millibus , vix tandem adducti , vt quiescerent : sed pro inueterata gentis gloria , pro militari sacramenti Religionē , extrema potiū tentare , quām tot laboribus parta ignauē deserere ; donec Borussis , ac LXX . circiter opidis , & arcib⁹ una die quasi conspiratione facta defientibus , Cazimirus Sigismundus . parens occasionem arripuit , ordinēq ; in eas angustias rededit , vt Ludouicus Erlinsfusius cum de Vniuersis fortunis periclitaretur , metu , qui in constantissimum cadere potest , adi gente , nullā Cœsarīs , aut Imperij interueniente auctoritate , in eas conditiones cum Polono transegit , vt sanguini deinceps ordinis Prussiæ Magistrī intra sextum ab inito Magistratu mensem , Polonia Regem adire , & eum pro supremo Domino per iusurandum agnoscere tenerentur . Ijs conditionibus postea cum stare nolle Fridericus Saxo , atque post eum Albertus Brandenburgicus Sigismundi sororis F . rursus graui bello se implicuit , cui gerendo cum auxilia à Cœlare , & Germanis , quorum de maiestate & iure agebatur , expectarentur , deerioribus longè conditionibus imminentem belli procellā pacē cum auunculo contracta , in occasionem sibi priuatim consulendi verit , nam ex ordinis Magistro à Polono , cuius se clientela creditit , Prus-

sie

*Lib. 24.*

sic Dux creatus est, statimque mutata religione voti vinculum soluit, ducta vxore Dorothea Friderici Primi Danie Regis F. & prouinciam, quam antea vsusfructus tantum titulo obtinebat, iure proprietatis possiden-  
dam ad hæredes transmisit. Cuius fi-  
lius Fridericus eadem quæ parens ce-  
remonia ratiqam regni beneficiarii-  
us in Borussiae principem, Lublini gra-  
dito vexillo, & accepto à Rege tor-  
que aureo, inauguratus est, an. 1568.  
Adeo ut sensim Illusterrimus ille  
ordo non paruo Germanicæ nationis  
dedecore in ijs partibus extinctus  
fuit, cum tribus fere seculis in Pra-  
fisia, maximo Reipublica Christiana  
bono florisset, magnaq; indè regnis  
Germanicis decessio facta, quod Til-  
mannus Bredenbachius edito ea dæ-  
re libello, & Cromerus latè expo-  
nunt. Vnde apparet maximam huic  
ordini injuriam ab Alberto, Polonorum  
ope, pro quibus tot bella Cru-  
cigeri pugnauerunt, factam fuisse,  
atque adeò Cæsari, & Imperio in-  
quorum tutela iam ab initio, conti-  
nuata possessione Equites Teutonici  
semper existissent. Quamobrem Al-  
bertus iure ab Imperio proscriptus,  
causa eius magna cōtentio agi coe-  
pit in Comitijs Anni 1548. inter Sta-  
nislauum Lafcum à Sigismundo Polo-  
niae Rege missum, & Wolfgangum Mel-  
chingum, quem Cæsar ante quadriennium  
in ordinis Teutonici Magistrum  
inaugurauerat. Re cognita exitus illius  
actioq; fuit, vt cōtentiam contra  
Albertum pronunciatam tuēdam  
esse censerent: cætera, in quibus  
maior difficultas, ad Cæsarem reij-  
cerent. Hodie totius ordinis Teuto-  
nici. Magister est Serenissimus Ma-  
ximilianus Austrius, qui insignia Au-  
striaca, & Imperij cum Cruce ordi-  
nis (quæ nigram alteram auream com-  
plectens, etiam collegij tessera habe-  
tur) coniunxit. Milites autem, & sa-  
cerdotes Crucem nigram limbo ar-  
genteo insignem chlamydi adsumant,  
& alteram ex collo pendenter, præ-  
ferre solent. Quæ & alia fusijs apud

Seb. Munsterum librō tertio, de Ger-  
mania, qui seriem magistrorum, &  
res illustriores ab ijs gestas recenset,  
& apud Belforestum librō tertio, de  
Cosmographia, & Iac. Aug. Thuanum  
historiarum lib. 1. s. & 43, pru-  
dens Lector repeieret.

Et quamvis Prūsia, quam Equites *Thesaurus*  
annis anteactis possidebant modò *Peliscens*.  
Regi Polonorum pareat, nihilominus  
eligitur hodie magnus magister, qui  
illius ordinis bona in Germania sita  
etiamnum possidet, quibus Germano-  
rum pleraque nobilitas, & Principi-  
pum filii deuinciuntur.

### ORDO EQUESTRIS

*Sancti Ioannis Actionensis,*

& S. Thomæ.

*litterae. 13*

**I**mitatione dictorum ordinum mil-  
itarium, ercta sunt, & alibi eius-  
dem generis co legia. Quorum è  
numero fuit illud. Militum. S. Ioap-  
nis Acconenensis, ab Accone vna ex  
quinque, que in sacra scriptura me-  
nior. ntr, ciuitatibus, inuenio no-  
mine. Ab initio insinuis, ac peregrini-  
nis loca sacra visentibus, piam ope-  
ram impēdere commilitones illi pro-  
felsi sunt, mox, & arma fratres ho-  
spitalis Sancti Ioannis armulati adjun-  
xeré, exinde inter militares ordines  
connumerati. Hieronymus Roma-  
nus regnante in Hispania Alfonso co-  
gnomento Sapiente, floruisse eos tra-  
dit, & ab eodem testamento condito,  
supellestitibus, vt lecto, & similibus,  
pecunijsque donatos, Tostati porrò  
arata nullā quasi exitisse memoriam,  
qui & perijisse paulatim ordinem Ac-  
conensem teatatur cap. 15. & 19, su-  
per Iosue. Ceterum S. Augustini hor-  
oram sequuti S. Thomam pro nomine  
habuisse videntur, vt idem Romanus  
se édictum innuit, quod Alexandro  
IV. P. M. res sacras moderante, Or-  
do titulo S. Thomæ & S. Joannis Ac-  
conensis coniunctim fuerit, indigeta-  
tus. Verum in Irouinciali Romano  
inter ceteros milites, ordo S. Thom-  
as

quasi alius, & proprius, enumeratur, docentibus id Bullis Pontificum.

*Magistro, & fratibus militiae Hospitales Sancti Thome Maryritis Cam-*

*marten. Accon.*

*Item in Bulla Alexandri IV.*

*S. Thome Magistro, & fratibus Hos-*

*pitalis S. Thome Maryritis Acco-*

*nem. In Bolla Ioannis XX.*

*Ordo Sæciliæ Proculit, & alios Equestres ordines Blasij.*

*Ordo pani-*

*nucupabatur, dictus de Santa Maria,*

*tentia SS. alter Penitentia SS. Martyrum, cuius*

*Martyrū instituti fratres se vidisse affirmat Hieronymus Romanus, Crucem sci-*

*Eorum insi licet rubram præferentes, & D. Augu-*

*stini regi lani profidentes. De quibus*

*& mentionem faciunt regulæ, seu pra-*

*cticâ Cancellariâ Romana.*

### O R D O E Q V I T V M S. Saluatoris in Aragonia.

**A**nno circiter 1118. Alfonsus Hispaniarum Imperator dictus, Rex Navarræ, & Arragoniæ, itemque Legionis Castellæ, & Toleti ex parte vxoris Vrracæ, quo Mauros Cæsar-augusta, totaque Arragoniæ ditione facilius deturbaret; cum nihil nō vir-tute superabile censeret, & quo maiores difficultates propositas intelligeret; eò maius re bene gesta decus, & feliciores deinde successus secuturos consideret: Ex proceribus tam Hispanis, quam Gallis, qui operam suam (tête Belloyo primarios ex ijs Ducez enumerante) sèpissimè Christianis probarant, in Vrbis Montis Regalis post captam Calatajubam, hostibus fidei finitimam, Sodalitium Equestre S. Saluatoris, quod virtutis præmium foret, constituit. Et admittionem militum Templariorum, censu opimo, & prædijs dotauit, quibus optulantibus feliciter ei adeo institutio illa cessit, vt Mauri omnes coto illo tractu, quo Regnum Arragoniæ hodie circumscribitur, anno 1120. extirpari sint, ipseque Rex nomen Plu-gnacis, seu Prelatiatoris adinuenit,

quod vices, & nouies collatis signis manujs cum hoste conseruisse feratur, felici semper successu, & triumpho semper ducto exceptis duobus prælijs posterioribus.

### O R D O E Q V I T V M

*de Monte Gaudio in Syrra, qui in*

*Regno Castellæ ditti sunt de*

*Monfrac, in Catalunia*

*verò, & Valencia de*

*Mongolia.*

**O**rdinem Equestrum Mötis Gau-dij in Regno Hierosolymitanó originem sumpsisse trædit Hiero-lanus Romanus, eadem ipsa tempesta-te, qua Principes Christiani in Syria férum potiti sunt, à loci extra urbem Hierosolymorum siti (vbi militia illa inchoata) etymo, assumptæ appella-tionæ. Approbatonis diploma submisit Alexander III. anno 1180.

quod in archiuo Calatravensi adser- uari ait Franciscus Radésius, opida- que, & prædia, quibus huius ordinis Equites, ob nauatam Terræ Sanctæ recuperatae fortiter operam, donati sunt, ibidem exprimi, qua, & ipse in Chronicis suis militaribus enumerat. Studio quidem rei bellicæ, & pieta- tis, cæteros in Syria Equites adeò lau-dabili progressu emulati sunt, vt mul-tis à Christianis principibus posse-sionibus aucti, etiam in Cassellæ Re-gno (vbi Equites de Monfrac à præ-cipua conuentus sede appellati sunt) opimos census, & prædia obtinerent, qualia & ipse Alfonsus IX. in tractu Maganensi ijs attribuit, hisce verbis:

*Al vos Don Rodrigo Gonçales Maestre de Monfrac, de la viden de Monte Gua-dio &c. Id & ex alijs monumentis, quæ in dicto archiuo reperiuntur, col- liguntur, hoc præuenire titulo: Hec est memoria del hauer que perdieron los freyles de Mongolia y los castellos, que les tomaron los freyles del Templo, Albam-bra, ò yaze el cuerpo del Conde Don Ro-drigo, Malnezino, Escoriola &c. In Ca-*

Equites de  
Monte gau-  
dio.

Equites de  
Monfrac.

**E quites de Catalunia enim, & Valentia de Mongolia.** cognominati fuere, quod idem sonat, quod Mons Gaudij, Anno demum 1221. Rex Ferdinandus cognomento Sanctus, castrum de Monfrac concessit, Gonfaluo Yannezio magistro Calatravensi, docetque donatio- nis exemplar, fuisse id castrum ordinis de Monfrac, adeoque Rex ipse eandem militiam, quod multum de pristino splendore amisisset, in vnam quasi cum Calatravensi, contrahi, & vniri voluit.

**E quites Ordinis de Truxillo.** Militiae Truxillensis, idem Hieronymus Romanus in Republica sua, & Fraciscus Radessius de Andrada Eques Calatravæ, in chronicô suo Alcantariensi fusè meminerunt, & in ciuitate Truxillo sibi cognomine circa annum 1227. sedem Equites habuisse seruit, quibus consequenti tempore Alfon- sis Rex diplomate condito, opida, & prædia ditissima, hæreditariò acqui- sita, Truxillum scilicet, S. Crucis, Zuferolam, Cabanam, & Albalam, concessit. Era Cæsarî 1233. ad quo- rum pleniorum cognitionem adeundi sunt prædicti auctores.

**ORDO GLADIFERORVM,**  
seu militum Christi in  
Liuonia.



**I**ntra Prussos, Samogitos, Lithuania, & Russos, seu Moscos, posita est Liuonia, quæ sub se haber Curo- nes, Lettos, & Esthenos. præcipuas nationes, ut moribus, sic & lingua-

diuersos, que tamè ferè Saxonica est. Cum indigenis & Liuis, comer- cij causa Germani vicini; atq; vt eo- rum Annales testantur. Bremenses tempestate forte in sinum Liuonicum delati, amicitiam iunxere. immunitatem suis, ac mercatoribus, quos ad- ducturi erant, iacto, fœdere pæci: qui & in Insula, in Duine ostio, sacellum extruxerunt, in quo, ritu inter Chri- stianos recepero, sacra peragebant. Horum exemplo, ac monitis, pleri- que Prouincia reguli, veræ religioni nomen dederunt, & à Bremenibus petierunt, vt virum pietate conspi- cuum ad se mitterent, qui sacris in ea regione, præcesset. Is fuit Menardus Segebergensis Monachus, à Bre- meni Archiepiscopo in Liuoniensem Episcopū consecratus, Friderici Ahe- nobarbi, & Alexandri III. P. Maxim. temporibus, per quem Religio ihs lo- cis propagata fuit. Huic successit Bertoldus ex B. Pauli cenobio, iti- dem Bremanissus, qui à Paganis illis occisus anno 1197. vt prescriptum est in historia Archiepiscoporum Bre- menium. Huic subrogatus est Albertus ex collegio Bremensi euocatus, qui Rigam ciuitatem cōdidit, ac mo- nibus cinxit. Is Engelberto, & Theodo- dorico, Tisenhüsenensisibus adiutori- bus sibi cognatis, cautius rem gestit, quorum ex consilio in societatem Teutonicos Equites ascivit, qui à Té- plarijs olim orti, ad fidem Christianæ amplificationem, in septentrionales regiones allegati fuerant. Illius, & auxiliis institutum est Equitum in- insignia & Liuonia collegium, ab Innocento III. quicunque Liu- confirmatum, ensis rubri signum cum non. Cruce pallio insuta præferens, teste Cromero, & Arroldo Abbae Luben- censi, aut verius binos gladios forma Crucis decussatim positæ rubescen- tes: Primusque ordinis dux ac ma- gister Vinno creatus est. Eo princi- pe, cōiunctis viribus magni progres- sus per eas regiones facti, capta a Vol- quinio Equite Torpæ arce, antea Rus- sis subiecta, & Coenhusia occupata, finibusque ob perfidiam, Russi s. o- nino.

nino exactis. Alberto Episcopo Nicolaus, & Nicolao Albertus alter succedit, cum Volquinus Vinnoni per predictionem occiso sufficitus fuisse.

*Unio Ord.* Tum Rigenis sedes Archiepiscopali dignitate ornata est, & Borussiae Episcopi Varnensis, Culmenensis, Pomeraniensis, & Samberensis, se Rigeni praeſuli tamen metropolitano subiecere, vnitio fratribus Liuonensem collegio cum Equitum Teutonicorum ordine. Ita Volquinio à Lithuanis caſo, Hermanus Valkius ordinis Teutonici Eques, qui Borussiae iam septen-nium praefuerat, sufficitur primus Litionici ordinis Magister, ex ordine Teutonico à Funcio (apud quem ceteros eiusdem collegij, itemque Teutonici Magistros ex ordine reperire est) numeratur. Is Reualiam à Valdemaro II. Danie Rege, ut & Vesebergam; & Naruam missis in Liuoniam borealem ante viginti annos copijs, conditas, Danis restituit. Ab eo tempore fida inter se societate, Antistites, & ordinis principes amicitiam coluerunt, quanidiu externis bellis cum Lithuanis, Russis, Samogitis, Semigallis, res illis fuit. Foris pacatis rebus, statim ex emulatione bella ciuilia inter eos exarserunt. Cum Equites tot victorijs claros, & armatam militem, quam religioso voto profiterentur, togatorum, ac pacificorum hominum imperij taderent, cumquæ nuper capta à Melecho Sultano Ptolemaide, ubi sedem antea Teutonici ordinis Magister habebat, domiciliuim primo Marpurgum, deinde Mariaburgum translatum esset. Ibi tanquam in aula, & sub principatu degentes, ægrè Sacerdotum iugum ferebant, vti narrat Arnoldus Lubecensis Abbas lib. 7. cap. 9. Igitur Ioannes Syveriniensis comes Romam, & post eum Iſaurus in Daniam, ab Equitibus exacti, concessere. Fridericus denique Boemus totos xxxix. annos Rōmā vixit, quo absente Rigenses ab Equitibus Teutonicis oppugnati, alcitis Lithuanis, vario eventu saepius confixere. Tandem post longam disce-


ptionem cauſa coram Carolo IV. & Clemente VI. P. M. agitata, cum secundum Regensem Antistitem pronunciatum esset: Fromildus, qui tunc sedem tenebat; & Botniſſia princeps, cum sub id tempus Naruam, Reualiam, & Velenbergam à Valdemaro IV. Danie Rege. XIX. Cl. argenti marcis redemisset, & Liuoniae adiunxisset, Gedani amicē conuererunt Nou. Maij Anno M. CCC. XLVIII. vt remanente penes, Archiepiscopum integra ciuitatis iurisdictione, vicissim ordinis princeps, fide, & obsequio, haec tenus Archiepiscopō, ab ordinis magistro praefatari solitis, imposterum solueretur. Hic minimè dissidorum finis inter eos fuit, sed gradus per itam transactiōnem ad maiora ab hominibus armatis contra inertes audiendi factus. Inter hæc anno illius seculi XCV. exortus est Valterus Pletenburgus, vir excellenti virtute, post Vinnōmem primū Equitum Liuoniae Magistrum, & Hermannum qui ordinem Liuonicum cum Borrussiano coniunxit, alter ordinis instaurator, supra omnem inuidiam, & æmulationem positus, dissidia inter Equites, ac Rigenes composuit, arce, quæ ab Rigenibus destructa, & rursus ab iisdem ædificata fuerat, vibi adiuncta: & Mosedis duobus ingentibus prælijs ineunte hoc seculo, primo in Liuoniam, altero ad Plescuiam superauit, & à Mosedo L. annorum pacem, tam sibi honorificam, quam Liuonis fructuosam extorsit. Quibus rebus confessis, Liuonicum ordinem Prussiae Magistro, siue coniunctum, siue subiectum, ex soluta pecunia summa, ab Alberto, de quo superius locuti sumus, liberauit: & princeps Imperij effectus, Liuoniae florentibus bello, & pace rebus, usque ad annum 1533. præfuit: sed xx. post annis, cum inter Guilielnum, Brändenburgum Archiepiscopū, Christophorus Megalopensem, & Henricum Galenium Equitum principem, antiqua denuò diffi dia recruduissent: Guilielmus, & Christophorus à Guilielmo

*Ordo Liuonic⁹ ſeignia tur à Teutonico.*

Hielmo Furstenbergio Ordinis Magistro capti sunt; ac biennio post a Sigismundo Polonia Rege, cuius petenti exercitu aduentante liberati, & in pristinam dignitatem restituti, adacto in conditiones minus honestas ordinis Magistro. Toties renouata dissidia, vicinis potentioribus molesta, ex quorum occasione Mosco ad invadendas illas regiones, & Poloniā vastā via aperiebatur, ut Episcopis primo damnosa, sic & Equitibus postremo exitiosa fuere. Nā quemadmodum salutari, vt sibi videbatur consilio, Sigismundus aboleto ordine Teutonicō, ante xxxii l. annos, Borussiam perpetuis bellis cum Polonis haec tenus conflictatam, iuris Polonici fecerat: beneficiario eius Principe Alberto Brandenburgico, sororis filio creato, sic & Sigismundus, Augustus, paternum exemplū secutus, postremo Liuonicū ordinem extinxit, & Gotardum Kettlerum postremū ordinis Magistrū, ordinem eierantem (vt & à Religionē Orthodoxa turpissimè defecerat) radita Cruce, sigillo, literis, ac diplomatis omnibus quæ ordo Liuonicus à Pontifice, ac Cælare acceperat. Curländia, & Semigallia ducē creavit, Christophero Megalopolensi Archiepiscopā le dignitatē pariter abrogauit, illius iuridictione omni Poloniā Regibus addicta; adeoq; totā Liuoniā iuris Polonici affectā, sed inde à Suevis, inde à Moscis miserè laceratam Stephanus Rex postea afferuit, & imperio firmauit. Quod extinctæ Militiæ Teutonicae, CCC. LVII. postquam cooperat anno, triste spectaculum, quicunque Germanici nominis studiosi erant, non sine lacrymis intuebantur. Atque ita ordo iste militum in Liuonia, cum floruerit annos 357. abrogatus desit.

Hanc status Liuonici conuersiōnem mutata ante aliquot annos Religionē, & recepta Lutheri perniciose doctrina, & feruitatem secutam esse, magno Christiani nominis probro, minime admirandum, quod subuersa Religionē, regna perire necesse sit,

ORDO EQUITVM  
D. Iacobi apud Hispanos.



846. **I**n Hispania peculiares sub auspicijs diualibus exorti ordines militares, voto singulari ad profiliandos Mauros eximendosq; eorum feruitute Christianos, obstricti, quos inter, Sancti Iacobi Militia, quæ vulgo s. Iacobi de Spatha nuncupatur, primarium obtinet locum, eiusque originem alij ad Alfonsi Casti, alij ad Ramiri Castellæ Regis ratam referunt. Huic enim Ramiro cum ann. DCCCXLVI. commisso, ad Clavium prælio, intercedente. D. Iacobō Apostolo, in equo candido niueum vexillum rubra Crucis figura distinctum præferente, de innumerabarbaborum multitudine, victoria eslet concessa: cœptum est in prælijs nomen \* eius patrociniumque implorari, victorque exercitus vniuersam Hispaniam voto obstrinxit, vt ex sinz goliis agri vineæque iugeris, Compostellano templo, corporis D. Iacobi custodia celeberrimo, frumenti modium, aur vini amphoram, quotannis omnes penderent. Exinde Lucas Tundensis Ioannes Vasæus, Diegus Valera, & Antonius Morales ordinem huius militiæ initium coepisse aiunt. Quibus haud dissentire videtur. Franciscus Radesius Calatrauensis Eques, qui hoc ordine eiusq; rebus domi militiæq; præclarè gestis fusè admodū

\* Dios ayga daz 5. 70.  
go.

F est

est commentatus, siue quod iustarum instituendi causa fuerit, siue quod in diplomate Regis Ferdinandi, de institutione monasterij S. Spiritus Salmantica, huius ordinis Magistri, & Commendatiorum multa fiat mentio. Falsi tamen id ab eruditioribus accusari, nonnullis argumentis contendit Ioannes Mariana, modernus aliqui non inelegans, & prudens historiae Hispanicae scriptor, & F. Alfonso Venerius principium huius militiae ponit circa an. domini 1160. in qua opinione est, & Raphael Volaterranus, & post illū Antonius Nebrisensis. Quo ab initio sumptum, certum est sub Alfonso IX. Castellæ Rege (qui Ensisferis adiutoribus, memorabili ad Nauas Tolosanas victoria potius est, & S. Crucis festū, teste Roderico Archiepiscopo Toletano, qui prælio illo interfuit, primus inuexit) nonnullos ea tempestate viros militares nobiles atque copiosos, priuatis rebus in commune collatis, le suaque omnia Christi militiae contra Christiani nominis hostes deuouisse, & Hiacynthi Cardinalis industria cum D. Eligij (qui D. Augustini normam amplexi domicilium prope Compostellam per regrinis excipiendis habebant) Can-

Vno Equi-  
sum D. Ia-  
cobi cum  
D. Eligij ~  
Canoniticis.  
Fortunius  
Garzias in  
Consilio or-  
dinis S. Ia-  
cobi s. par.  
versic. Pra-  
mata.

est commentatus, siue quod iustarum instituendi causa fuerit, siue quod in diplomate Regis Ferdinandi, de institutione monasterij S. Spiritus Salmanticae, huius ordinis Magistri, & Comendatiorum multa fiat mentio; Fal si tamen id ab eruditioribus accusari, nonnullis argumentis contendit Ioannes Mariana, modernus alioqui non inelegans, & prudens historiae Hispanicae scriptor, & F. Alfonsus Venerius principium huius militiae ponit circa an. domini 1160. in qua opinione est, & Raphael Volaterranus, & post illū Antonius Nebrissensis. Quo ab initio sumptum, certum est sub Alfonso IX. Castellæ Rege (qui Ensisferis adiutoribus, memorabili ad Nauas Tolosanas victoria potius est, & S. Crucis festū, teste Roderico Archiepiscopo Toletano, qui prælio illo interfuit, primus inuexit) nonnullos ea tempestate viros militares nobiles atque copiosos, priuatis rebus in commune collatis, ie suaque omnia Christi militia contra Christiani nominis hostes deuouisse, & Hacynthi Cardinalis industria cum D. Eligio (qui D. Augustini normam amplexi domicilium prope Compostellam per regrinis excipiendis habebant) Canonicis vires sociasse, & ab Alexandro III. P. M. opera Petri Ferdinandi à Ponte Encalato, primi ordinis Magistri diploma impetrasse, 111. Non. Iul. 1175. quo militibus viuenti ratio sub eadē D. Augustini r. gula præscripta est. & optimis institutis temperata; quibus obligabantur, & vias publicas peregrinorum concursu frequentatas, & limites à Maurorum incursionibus, qui totam prope Beticam, magnamq; Tarragonensis provinciæ partem occupauerant, tenueruntque per annos circiter quadringentos tueri, bellumque ijs quoad viuerent inferre; Redegit ea in ordinem cum monitorio poenali Magister Albertus S.R.E. Cardinalis, vir eiusdem militiae admodum studiosus, quæ nostra quoque ætate recensuit, confirmavitque Iulius II. P.M. anno septimo supra millesimum quingentesimum. Fuerunt autem sub initium Equitum illorum facultates, perquam tenues, vt ferè solet in rebus magnis; quippe qui non adeo multa cætella, & ea quidem minutissima, quæ sub obscuris nominibus in ipso privilegio numerantur, possiderent. Verum Regibus insigni eorum opera in bellis, quæ contra Mahumetis cultores gesta sunt, vt tentibus, eò potentia deueniere, vt magnis opibus, & vestigalibus aucti, ex spolijs hostiū, regumque beneficio, & Pontificum benignitate nullos cataphractos Equites armare potuisse suo seculo teste-  
Decad. I.  
lib. 2.c. 9.  
tur Aelius Antonius Nebrissensis, crebroisque reportasse triumphos doceat Radefius. Cæterum ex omni militum numero tredecim omnino viros, vulgo los Trexes, diligere iussum: qui à Magistri latere non decederent, & cum eo, vel cum Priore quotannis loco designato cōuentus generales ageant. Domicilium primarium domus Vclesij in Castella, Xenodochium vero D. Marci Legione designatū, duobus Præfeti, seu Comendatoribus (quos à regni cognomine, Castellen-  
Lucius Ma-  
lem, & Legionenlem nuncupat) maiores constitutis. Multa alta præterea, quæ pro ordinis dignitate à dicto Reb. Hisp.  
Radefiomemorantur, constituta. Insigne hodieque militibus in veste superiori est Crux rubra in gladij militaris modum conformata cui præterea antiquitus \* Veneria (cōchulæ spe Lips. ad se cies est, quod Venus in ijs vecta forte necā Epis. dicta) quæ in Hispania pro tessera 98.  
D. Iacobi semper est habita, apponetur. Vti ex diplomate Alexandri Papæ, & archiuis Vclesij colligere licet, quod quidem diploma non nisi Equitibus, & Sacerdotibus Veneriam gestare permittit, & Sanctimonialibus (nam ad id vita genus feminæ etiam admittuntur, coniugij sublata facultate, nisi consensu Magistri) nobili loco natis. Et sigilla antiqua tam Magistri, quam Conuentus pro insignijs exhibent gladium, & infra caput illum Veneriam, et si aliquo discrimine, in hisp. Oct. VI.  
Quod illud ad dextram Solis signum, eident.

quingentesimum. Fuerunt autem sub initium Equitum illorum facultates, perquam tenues, ut ferè solet in rebus magnis; quippe qui non adeo multa castella, & ea quidem minutissima, quæ sub obscuris nominibus in ipso priuilegio numerantur, possiderent. Verum Regibus insigni eorum opera in bellis, quæ contra Mahometis cultores gesta sunt, vtentibus, cò potentia deuenere, ut magnis opibus, & vestigalibus aucti, ex spolijs hostiis, regumque beneficio, & Pontificum benignitate nullos cataphractos Equites armare posuisse suo seculo resterunt.

tes armare potuisse Iao leculio tentetur *Ælius Antonius Nebrisensis, cre-* *Decad. 1.*  
*brosque reportasse triumphos doceat lib. 2. c. 9.*

Decad. I.  
lib. 2. c. 9.

Radefus. Cæterum ex omni militum numero tredecim omnino viros, vulgo los Trezes, diligere iussum: qui à Magistri latere non decederent, & cum eo, vel cum Priore quotannis loco designato cōuentus generales agerent. Domicilium primarium domus Vclesij in Castella, Xenodochium verò D. Marci Legione designatū, duobus Præfectis, seu Commendatoribus (quos à regni cognomine, Castellen-

(quos a regim cognomine, Cæteren- *Lucius Ma-*  
sem, & Legionensem nuncupat) maio- *rineus Sicc*  
ribus constitutis. Multa alta præter- *lus lib. 4 de*  
ea, quæ pro ordinis dignitate à dicto *Reb. Hisp.*

Radiis ieiuniorum memorantur, constituta. Insigne hodieque militibus in veste superiori est Crux rubra in gladij militaris modum conformata cui præterea antiquitus \* Veneria Scóchula sine

ea antiquitus \* Veneria (cochulæ ipse Lips. ad se-  
cies est, quod Venus in ijs vecta forte necā Epis-  
dicta ) quæ in Hispania pro tessera 98.


D. Iacobi temp̄ est habita, apponē-  
retur. Vt ex diplomate Alexandri  
Papæ, & archivis Vclcsij colligere li-  
cet, quod quidem diploma non nisi  
Equitibus, & Sacerdotibus Veneriam  
gestare permittit, & Sanctimoniali-  
bus (nam ad id vitæ genus foeminæ  
etiam admittuntur, coniugij sublata  
facultate, nisi consensu Magistri) no-  
bili loco natis. Et sigilla antiqua tam-

Magistri quam Conuentus pro ins-  
gnijs exhibent gladium, & infra capu  
lum Veneriam, et si aliquo discrimine, in his. Oc-  
Quod illud ad dextram Solis signum, eident.

ad sinistram semilunæ cōtineret, cum inscriptioae *Sello de la cavalleriv de sanctiago.* Hoc autem locSolis, & Lunæ ab vtraque partem Crucem minorem cum inscriptione: *sello del Capitulo de la orden de Santiago.* Et vexillum militare Magistrorum ætate in campo aureo Crucem rubram cum Calatravensibus communem, in ea que quinque Venerias discriminis ergo præferebat. Nostra verò xata Sigillum ordinis Cruce grandiuscula arma Regia complectente (quod ad Reges administratio ordinis Pontificum auctoritate Anno 1493. Alfonso Cardena cius militiæ Magistro è viuis sublatæ deuenisset) & intra ramorum angulos quatuor gladijs formidabilis, exornatur hoc addito elogio: *Philippus Dei gratia Hispaniarum Rex, administrator perpetuus ordint, & militia Sancti Iacobi de Sparta.* Huius ordinis commilitones, qui in Lusitania degabant Dionysio Rege procurante, & auctoritate P. M. intercedente, Magistri Castellensis iuridictione sese eximentes, Alcacaris ad Salam, immutata ordinis tessera, latiniam ensiferæ Crucis non nihil breviorem gestantes, Palmeram deinde tāquam ordinis caput concessere. Vnde in errorem fortè abiit, vt à nonnullis Equites. Palmerani, planè alij putarentur, cum tamen ijs eadem sint vestimenta, & dñmata, quæ Sancti Iacobi Equite togo Hispaniæ Regno gestare solent. Plura qui volet dictum Radesium, M. Islam Philippo II. à sacris, & Antonium Moralem, qui iussu eiusdem Regis, cum capitulum Toleti An. 1560. celebrazset, & Madriti 1562. absoluissat,

omnia quæ ad dignitatem  
huius ordinis pertinent,  
exquisite perlecutus est, consular.

ORDO EQVITVM  
*Calatraue in Regno*  
*Toletano.*



C alatraua non obscuri nominis opidum, ad flumen Anam situm, & sacræ huius militiæ nomine præcipue clarum, Ptolomæo, qui M. Antonini temporibus scriptis, Oretum Germanorum dictum, teste Car. Clusio; Ios. Moletio, & Tarapha inter Oretanos situm, & Calatraua militibus à Rege Sanctio III cognomine Desiderato datum fuit, circa annum CIO. C. LVIII. Cuius militiæ primordia, non pigebit, ab ouo, quod aiunt, brevibus enarrare. Quo tempore Mauris erepta fuit Calatraua, Templarij militibus (quorum magna tunc temporis erat virtutis opinio) munienda data est, ut firmum aduersus barbarorum insultus propugnaculum esset: illi, quod Mauros magnis copijs eò venturos fama erat, opido diffisi, Regi id restituere, nec erat inter proceres, qui se periculo exponeret.

Aderant fortè Toleti duo Cistercienses Monachi Raymundus Fiterij ad Piforicam Abbas, & Didacus Velascus spectatae virtutis miles nunc Christo militaba: qui moendo, suadendoq. Abbat. m tandem impulit, vt ut opidi munendi in se curam suscipieret, gloriosum id illi, Republicæ Christianæ vilissimum futuri. Consilium specie temerarium erat, annuit

tamen. Regi Sanctio id gratissimum  
*Rod. Tole.* fuit, Ioannique Præfuli Tolentano, qui  
*tanus li 7.* quoniam eius ditionis esset, pecuniam  
*cap. 14.* & de suo suppeditauit, & auctoritate  
*27 & Hen* sua, orationeque, multos tum nobiles,  
*ricus Pan-* tum populares exciuit, ut vna cum  
*thaleon.* Abbate pro Christiana Rep. discrimini  
*se obijcerent.* Multi vnde eò  
*mortales confluxere*, omnes libenter  
*difficultates subituri*; diligentia hoc  
*opidum aduersus omnes hostiū iniuriās*,  
*egregiè munitum fuit.* Mauri  
*spe deiecti*, an alijs difficultatibus im  
*pliciti*, obsidionem non tentarunt. Id  
*faustum militiæ eius omen fuit.* Rex  
*in laboris præmium*, opidum Abbatii,  
*& socij iure perpetuo*, nomine Beatæ  
*Mariæ Ordinis Cisterciensis patronæ*,  
*dono dedit.* Is militibus suis vestem  
*& regulam Cisterciensem attribuit.*  
*Equitum Magistro quadraginta mil-*  
*lia aureorum quotannis cedunt.* His  
*initijs sacram hanc militiam*, in hoc  
*quod videre est*, fastigium excretam,  
*Alexander III. P. M.* suo diplomate  
*approbavit*, in quo quidam Garzias  
*primus Magister nominatur*, & innocentius III.  
*altero confirmauit.* Ita  
*fere Ludouicus Nonius, Io. Mariana,*  
*& Franciscus Radefius* huius ordinis  
*miles*, Equites porrò, qui Cruce rubra  
*in insignijs, vexillis, sigillis à pri-*  
*mordijs vñi sunt*, verisimile est Cru-  
*cem quoque in pectore prætrulisse*;  
*quamuis minime negandū*, quin semper  
*ijs* (vt tria apertè docent appro-  
*bationis diplomata*) fuerit *scapulare*  
*pro habitu Religionis.* Quousque Ben-  
*edictus XIII Crucem rubram qua-*  
*tuor lilijs insignem*, eadem qua in bul-  
*la adpingitur figura*, cuculli loco de-  
*ferendam adsignauit: & Paulus III.*  
*vt vnicam quilque vxorem posset du-*  
*cere, secundis nuptijs exclusis, indul-*  
*sit*; *hodieque solemní comitiorum*,  
*lege cautum tradit Radefius*, *vt ve-*  
*xillum ordinis circa Crucem rubram*,  
*duabus compedibus*, *Transas vulgo*  
*dicitis*, allusione ad Calatrauam, or-  
*dinis caput facta ab una parte*; *ab al-*  
*tera vero effigie D. Virginis notatum*,  
*bello, & pace præferatur; imitatione*

cæterorum ordinum id factum S. Ja-  
*cobi enim Militia Venerijs, Pirarij, si-*  
*ue Alcantarae Pyro, Anisorū duabus*  
*Aubus*, præter Crucem in vexillis  
*discriminis ergò vtuntur.* Iure autem  
*Magisterij, Innocentij VIII. benepla-*  
*cito*, ad Hispaniæ Reges delato, &  
*Garzia Lopezio Padilla Calatrauæ*  
*Magistro defuncto*, anno salutis 1489.  
*eius locum Ferdinandus Rex exceptit*,  
*& titulos commendas vocant*, inter  
*milites diuidere cepit*, nullo amplius  
*Equitum suffragijs*, vti moris erat,  
*Magistro substituto*, à quo tempore,  
*sigillum ordinis*, in quo hodieque vi-  
*dere est dictam Crucem cum inscrip-*  
*tione*, *Philippus Dei gratia Hispaniæ*  
*Rex administrator perpetuus ordi-*  
*nis*, & militia Calatrauæ, mutare con-  
*sueuit.* Habet hic Ordo, vti & Al-  
*cantarenis*, suum Commendatarium  
*Maiorem*, & suum Clauigerum, sub  
*quo ingens Commendatariorum*  
*Equitum est numerus*; quorum omnium  
*magni sunt census*, vti Damianus  
*à Goes in Hispania sua*, & Lucius  
*Marineus Siculus lib. 4. Hisp. Augu-*  
*stinus Florentius in Historia Camal-*  
*dulensi desribunt.*

## O R D O E Q V I T U M

*Alcantarae in Regno Le-*  
*gionis.*



*C*omesius Ferdinandus summa no-  
*bilitatis apud Legionenses Eques*,  
*Ordinem militum sancti Iuliani de*  
*Pirario,*

*Calatra-  
ueni-  
signia.*

**Pirario**, sic dictum; quod in eius nominis oppido decem milliaribus a Rodri-  
co ciuitate ad Coam fluuium di-  
stante, primum ordinis coenobium  
extructum sit; auctijs Ferdinadi Legionis, & Galitiae Regis primus contra Mauros excitasse traditur: eiusq;  
sodalitij, & fratrum protectorem,  
condito diplomate anno 1176. ipse Rex te nuncupauit. Alexander au-  
tem III. P. M. altero suo diplomate  
(quod à Francisco Radesio, qui insti-  
tutionem ordinis Alcantare S. Iacobi,  
& Calatraue gesta, & seriem ma-  
gistrorum, summorumq; militiae præ-  
fectorum Hispano sermone diuide  
complexus est recitat) anno 1177.  
probauit, Lucius deinde III. Anno  
1183. confirmauit, & à diocestanis  
eximi, dictumq; Priorem Gometium  
primum S. Iuliani de Pirario Magi-  
strum ibidem nominauit. Insigne  
rum sodalibus fuisse arborem Pirum  
viridem in campo aureo, docent lit-  
teræ Fraternitatis seu amicitia cum  
militibus S. Iacobi cōtractæ an. 1202.  
guarum sigillum. Pirum boreum cum  
inscriptione *sigillum ordinis s. Iuliani  
de Pirario*, præfert facta ini bi mētione  
Benedicti Suarez secundi ordinis ma-  
gistra, q. i tertium confirmationis diplo-  
ma ab Innocentio III. anno 1205.  
imperauit hodieq; tabule illæ in  
archiis Vclesij curiosè adseruantur.  
Mansit militibus S. Iuliani de Pirario  
nomen, donec Alcātaræ oppidi (quod  
ad Tagi ripas situm, & mirandi ope-  
ris ponte præcipue spectandum) pos-  
sessione aucti. Id factum ea ratione,  
quod ab Alfonso XIII. Rege Mauris  
ereptum, anno circiter CXX. CCXII.  
Martino Ferdinando de Quintana Ca-  
latraueni Magistro XII. cum dono  
datum esset; rursus id quinquennio  
post ab eodem Calatraue Magistro,  
communicatis cum dicto Rege con-  
silijs, attributum fuit, Nunnio Ferdi-  
nando III. Pirarij Magistro, eiusque  
socijs. Vnde tanquam ex munitionis  
arce in hostium fines incurserent, &  
propugnaculum esset ad hostiles im-  
petus cludendos, pacis conditionib.

vt in posterum huius sodalitij facta  
vnione, legibus & imperio Calatra-  
uenium subiaceret. Inde sede Alcantarae  
translata, Didacus Sanctius IV.  
ordinis Magister, assumpto titulo Ma-  
gisterij Alcantariensis, insignijs Piri  
duas compedes, *Trauas vulgo vocat*,  
& quas Calatrauenes discriminis er-  
gò cum Cruce rubea gestare solent,  
in signum vnionis adiunxit: & à no-  
uo domicilio sodales Alcantarae Mi-  
litites, quod usque in hodiernum diem  
manet, dixit. Beneficio demum Lu-  
cij H. P. M. Calatrauenium potesta-  
ti le eximentes, an. 1411. à Calatraue  
militibus, auctoritate Benedicti X. II.  
Crucis viridis figura florida in candi-  
do scapulari, ad heam, se distinxere:  
cum ante cucullo, & rubra fascia,  
tantum distincti essent: Et Calatraue  
Equites quibus ante subfuere, ean-  
dem Crucem rubeam in veste candi-  
da, & cypreo; Auisij verò idem Cru-  
cis insigne in scuto aureo præferrent.  
Castitatem ad normam D. Benedicti  
à prima ordinis institutione professi  
sunt. Paulus III. anno 1540. macri-  
monium vti Calatrauenis indulxit  
Forma professionis apud Io. Petrum  
Gutierrez eiusdem ordinis Equitem,  
& Philippi II. Hispaniarum Regis Sa-  
cristam maiorem, qui & de militia  
huius origine lingua vulgari scripsit,  
170. in  
Madriti ad  
Alf.  
Gomes an.

Domine Frater N. Ego Frater N. mi-  
sol. les Ordinis Alcantare professionem facio  
Deo & Domino Magistro, & vobis qui  
eius nomine hic ejus, & primito vobis  
obedientiam, castitatem conjugalem, &  
conuersationem mōrum meorum de bene  
in melius. omni tempore vite mee us-  
que ad mortem. secundum regulam San-  
cti Benedicti. & modum viuendi conces-  
sum huic Ordini de Alcantara: Subla-  
tis porro trium dictorum ordinum  
Magistris, cum Præfecturæ Ferdinan-  
do, & Isabellæ Regibus Innocentio  
VIII. P. M. diploma submittente,  
( quo omnis eorū administratio, pro-  
curatioque Castellæ, ac Legionis Re-  
gibus credebatur ) cessissent Anno  
1494. à Ioanne Alcantarae Magistro im-  
petu cludendos, pacis conditionib.

petratum est, ut honorem illum in eiusdem Ferdinandi Regis nomen transcriberet; quod factum eidem post annos aliquot, Archiepiscopalis, & Cardinalitiae dignitatis conciliavit insignia. Pontificis quidem auctoritate, at Regis in primis gratia, atque beneficio. Alexander demum VI, Leo X. Hadrianus item VI. in alumni Caroli V. Imp. gratiam, ipsi, & successoribus tres istos ordines in omne tempus administrandos tabulis conditis, concessere.

O R D O M I L I T V M  
Iesu Christi à Sancto Dominico  
contra Albigenes hæ-  
reticos institu-  
tus.

Instituti huius initia, & causam habe ex Antonini Chronicō. Cum partes Tolosanæ, & Lombardiz plena essent hæreticis, Dominicus prædicans contra illos dicitur conuertisse ex illis 100000. Et in adiutorium sumpxit, quasdam deuotas personas, quæ corporaliter illos hæreticos gladio materiali expugnarent, quos ipse gladio verbi Dei amputare non posset, quibus, & tradidit tertium modum viuendi spiritualem; ultra communem morem laicalem, & citra statum completa Religionis: & dicebantur tunc *Fratres de militia Beati Dominici*. Extirpatis demum hæreticis in partibus illis, cum non oporteret amplius gladio pugnare, remanserunt in illo modo partim religioso cum vxoribus suis, quæ mortuis viris continenter viuebant, & alij vtriusque sexus; viduæ, & virginis, & coniugati illis adhæserunt. Vocati sunt postea *Fratres, seu Sorores de Penitentia Beati Dominici*: quorum regulam approbauit Innocentius VI. circa annum Christi 1360. Et Ioannes XXII. declarauit illos, & illas non esse intelligentias de numero

corum, qui dicuntur in Clement. Ad nostram deberet, Begardi, & Begina. Et Honorius concessit, quod tempore interdicti possint interesse diuinis officijs in Ecclesijs Prædicatorum. Hic ordo neminem adstringit ad paupertatem, & obedientiam totaliter.

O R D O S A N C T A E M A R I A E  
de Mercede, & Redemptione  
captiuorum apud Ara-  
gonios celebris.



E ipso Anno CΙΟ. CC. XVIII.  
quo S. Dominicus in Hispaniam *Io. Mariae*  
venit, Barcinonæ noua piorum *na ann.*  
hominum instituta Sodalitas, nomine *1218.*  
D. Mariae de Mercede, & de Redem-  
ptione captiuorū insignis; quod mul-  
ti terra marique à Mauris capti Chri-  
stiani, & in seruitutem abacti, vitæ  
acerbitate à Christo data fide more-  
rentur. Magnum id dedecus Religio-  
nis erat, Christiani nominis probrum  
maximum; cuius declinandi studio  
Jacobus I. Aragoniæ Rex, cognomen-  
to Expugnator (tria enim regna, Ba-  
learicum, Valentinum, & Murciense  
è Saracenorum manibus eripuit) pri-  
ma ordinis iecit fundamenta. Gre-  
gorius autē Papa IX. Anno post du-  
decima adprobauit. vt Hieronymus  
Eurita, Blanca, Romanus, Ioannes  
Mariana, alijque historiographi Hi-  
spaniæ commiuent. Fecit id Iaco-  
bus

bus Rex, seu voti reus, vt quidam scribunt, quod Montione in Gallia, dum captiuui instar à Simone Comite Montfortio teneretur, Virginii Matri nuncuparat: seu vslu edictus, quam misera captiuorum conditio, quamq; deplorandus eorum status foret, quibus barbari adeò seueras leges, & iugum imponerent. Vslus est autem hac in re consilio Raymundi Pennafortij Monachi Dominicani, qui à sacris illi confessionibus erat: itemq; Petri Nolasci viri nobilis Galli è diocesi Sancti Pauli oriundi. Raymundum hunc nostra mémoria Clemens VIII. Diuorum numeris adscriptis, fuit vir admodum eruditus, vt libri quinque decretalium epistolarum ab ipso digesti, & varia ingenij monumenta, annis superioribus Romæ edita comprobant. Cæterum Nolascus secundum Regem Iacobum nascenti familiæ Ducem se præbuit, eamdemque optimis legibus temperauit. Idem Barcinonæ in Cathedrali S. Crucis Basilica, coram eodem Rege, itemq; Raymundo Pennafortio, & regni proceribus, vestem candidam religionis nota insignem, de manu Berengarij Palanicini Episcopi Barcinonensis suscepit. Est autem religiosi huius ordinis nota, seu tessera (quam Rex ipse manu propria sodalibus distribuit) Crux argentea D. Eulaliæ Barcinonensis rubro in clypeo, gentilicijs Cataloniæ principum insignibus (quæ aureo scuto quatuor tenijs, seu palis, vt facialibus placet, puniceis virgato, præfulgent; & exinde cum Raymundo Berengarius regnum Aragoniæ dotali iure adeptus est, Regibus Aragonijs propria, manerunt) superimposita. Ipsiis porro mercenarij sodalibus incumbit corrogatis elemosynis stipem colligere, Christianos homines à Saracenis, Mauris, aliisque barbaris captos, aut in seruitutem abductos redimere pristinæque libertati restituere, & discriminis ergo ad memorata insignia prætestam, sive limbum aureum cum fascia aurea in ymbonis medio præferre.

Sunt autem duplicis generis in hac familia Sodales. Alij milites, sive Equites; alij monachi: utriusque unus hodie praest Magister generalis, Barcinonæ residens; & quideam Sacerdos, idque ex decreto Clementis V. & Ioannis XXII. Pontificum Romanorum, eti suum olim singuli habuerint præfectum, ac moderatorem. Regulam Sancti Augustini à Gregorio IX. ipsis præscriptam suffisse, Hieronymus Romanus, aliquique referunt. Nec mirum, cum initia sua Raymundo Pennafortio Dominicano (cuius ordinis Sodales eandem regulam sequuntur) familia ista mercenariorum, magna ex parte debeat, vt supra commemoravimus. Arnoldus VVionus tradit Milites hodie mercenarijos secundum regulam Sancti Benedicti viuere, idque ex solenni professionis ipsorum formula sibi constare ait, quod alijs rerum Hispanicarum magis peritis discutiendum relinquo.

Cæterum dum in Hispania versaremur contigit nobis coram aliquando non exiguum captiuorum seruitutem, exemptorum numerum magno nostro gaudio spectare, & solenni supplicatione ipsis subsequentibus mercenariis, & ab Equitibus libertati restitui, ad propriaque subministrato via uocante remitti; quod non sine magno Christiani nominis bono, tam laudabile institutum ijs in partibus auctum fateamur necesse est, adeoque id Martinus V. & Nicolaus IV. Pontifices tabulis suis inter austiores, excepto Carthusiensem, ordines commemorauere: quod eius si quaces, quandocumque periculum esset, fidem per captiuos, ob intollerabile Saracenorum iugum, abnegatam iri, eorum ie loco sistere ex voto te- neantur, donec Redem- ptionis pretium sit perolutum.

# E Q V E S T R I O R D I N U M

O R D O E Q V I T U M O R D O E Q V I T U M  
 Beatae Mariae Gloriosa & Montesiae in Regno  
 apud Italos. Valentia.

**F**Verunt & alia Equestria ornamen-  
 ta apud alias orbis Christiani na-  
 tiones excogitata; vti Ordo militaris  
 titulo *santa Maria Gloriosa*: ad paci-  
 ficandas Italiae ciuitates, Anno ferè  
 1233. excitatus est, auctore *Bartho-  
 lomaeo Vicentino* Ordinis Prædicato-  
 rū eius postea vrbis Episcopo. Quod  
 institutum Urbanus IV. Papa circa  
 Ann. 1262. adprobavit: leges verò  
 attulit *Rufinus Gуро*, Placētinus Pon-  
 tificis Poenitentiarius, quas scrip-  
 rent huic ordini fese dicantes viri ali-  
 quot, diuitijs, ac nobilitate præstantes  
*Catellanus*, *Malaulota*, *Loderengus An-*  
*dalus*, *Gruamons*, *Caccianimicus*, &  
*Hugolinus*, *Lambertinus Bononiensis*.  
*Selania Liazarius Regiensis*, & *Raine-*

**C**rus pur-  
 rus *Adelardus Mutinensis*. Erant au-  
 purea Inß-  
 gne Equi-  
 tum Beata  
 Maria Glo-  
 riosa.  
 positis stellis, præferrent: vtque vi-  
 duarum, & pupillorum tutelam su-  
 sciperent, parique, & concordia in-  
 ter homines conciliandæ studerent  
 Franciscus Sansouinus ijsdem Cru-  
 cem rubeam cum limbo aureo in-  
 pectore attribuit. Quoniam autem  
 Iuis quisque in ædibus cum vxoribus,  
 & filijs vitam agebat, vulgo *Frates*  
*gaudentes* vocati sunt, vt *Ioannes Vil-  
 larius*, & *Salimbenus* in suis chronicis  
 prodiderunt. Huius ordinis pri-  
 mus magister ipse *Loderengus* est con-  
 stitutus, vir multis nominibus laudan-  
 dus, hæc ferè *Carolus Sigonius*, *Lib.*  
 17. & 19. de Regno Italia Floret ho-  
 dieq; militare hoc institutum Bono-  
 niæ, Mutinæque, & in alijs Ita-  
 liæ ciuitatibus sub titulo

*S. Marie matris Dñmini*  
 vt tradit *P. Be-*  
*loijus*  
*scriptor modernus*  
 ap. 18.



**T**emplarij ordinis thesaurum,  
 foecundam quasi aliorum ordi-  
 dinum exitiisse matriculam,  
 tradunt auctores Hispani, tum maxi-  
 mè *Gonsaluuus Argotes de Molina*, &  
*Gonsaluuus Illescas* in historia sua  
 Pontificali, qui à *Ioanne XXII. Pon-*  
*tificatus* sui Anno III. nati, Christi  
 1317. rogatu *Jacobi II. Aragonie*, &  
*Valentiæ Regis*, collegium militum  
 Montesiae, quod oppidum sedem præ-  
 cipuam, & nomen ijs dedit, instaura-  
 tum produnt. Templarijs enim ad  
 immensas opes euectis, & vno omnes  
 tempore ad internecionem ferè dele-  
 tis, varijs hinc inde societatis natis  
 ex horum patrimonio prospectum, &  
 sicut in Gallijs, & alibi in locum, &  
 opes ferè eorum successerunt Meli-  
 tenses; ita in regno Valentino ordo  
 Montesiae, in Lusitanæ Christi: sub  
 idem ferè tempus exortus. Calatra-  
 uensis quidem Montesiani per initia  
 subiecti, proprio tamen Magistro  
 Guilielmo Erilio ordinis primo in  
 Conuentu Sæctæ Mariæ, & S. Georgij  
 constituto, vti Hier. Curita testatur  
 gauisi sunt: Habitu candido iuxta  
 D. Benedicti normani Cruce rubra  
 simplici plenaque in veste candida:  
 & prædijs, (quæ templarij eo in tra-  
 ctu obtinuerat) ad scriptis, quæ omni-  
 Be-

Lib. 1.c. 3.  
Lib. 2.


*Eborensem*  
*Equites.*

Benedictus XIII. & Martinus V. tabulis suis confirmarunt. Censu isto Equites, eti cæteris impares, virtute certè bellica aduersus Mauros littora Valentina infestantes, non inferiores exstiterunt, castitatemque omnes professos ad sua usque tempora adfirmat Hier. Romanus. Primusque qui illam infregit, fuit Cæsar Borgia Magister ordinis XI. Summis Pontificibus certas ob causas indulgentibus. Solet autem, ut idem Romanus ait, Magister Ordinis, decori, & prærogatiæ augendæ: Crucem quidem rubeam in veste, sed maiorem certis ad brachia punctis distinctam: ipsum verò collegium in vexillis militaribus Cruces viridi nigroq; colore exornatas præferre, eti in clypeis aureis simplicem, & planam illam Crucem retinere, conipiciatur.

*Io. Azorius  
lib. 13. c. 3.  
4.5.*

*Insignia  
Magistri  
Ordinis.*

*Viximus magistrorum Comitatus de Regno  
Provinciarum a duxto N. J. S.  
EQUITVM CHRISTI ORDO  
apud Lusitanos.*



*Insigne E-  
guinum Chri-  
stii.*  
Dionysius cognomento Perioca Portugallia Rex, Alfonsi X. Castellæ Legionisque Regis nepos, nouam militiam *De Portugallo* vulgo nuncupatam, & cui a Christo nomen est, eoque regni hodie nobilissimam. & Cruce rubra alia candida intersecante distinctam, in atro amictu constituit. Iohannes verò XXII. Papa D. Benedicti regulam an. 1320. præscripsit, legelq; quibus sub Christo militare tenerentur, conditas,

1320.

vulgari postea Lusitanorum lingua, cum reliquis ordinis priuilegijs editis Dominus Damianus Conuentus Tomariensis Prior & ciudem ordinis Præfектus generalis. Primò autem Equitum Magistro Ægidio Martinio, Auisiorum quondam instituti militi ad Castrum Marinum. Eluenis diœcesis oppidum sedes attributa; exinde Tomarium migratum, militibusque omnia bona Templariorū nuper sublatorum annuente Rege, & Pontifice, quod liberius militiæ Christi contra Mauros Beticam incolentes vacare possent cessere. Quorum incredibili virtute factum, ut Lusitanorum imperium in Oriente fundatum, omnes provinciæ, & oppida, tam in Asia, Africa, Brasilia. & alijs Occidentis partibus (quo nomine Reges Portugallie Sphæram in insignibus prætendunt, ut regū suum in quatuor orbis angulos extendi significant) Christiano nomini acquisita, & huic ordini annexa, Magistri vestigia quotannis centum aureorum millibus augerent. Is quotiescunq; ordo moderatore, & Fræs. Etio careret, à tredecim præcipuis Equitibus electus cōscribendi, & exauditorandi milites facultatem habebat, quoisque magisterium ordinis perpetuo iure ad ipsos Lusitanæ Reges, & successores; adeoque ad ipsum Philippum III. Hispaniarum Regem auctissimum Pontificum auctoritate delatum. Militibus porrò Alexandrum VI. P. M. potestatem ducendi uxores concessisse scribit Hieron. Conestagiis in tractatu suo de Portugallia coniunctione cum regno Castellæ.

*MILITIA BANDÆ,  
& Scamæ apud Hispanos, &  
Calzæ apud Venetos.*

*Q*uinuit, & olim mos in Hispania inter Equites tyrones vigilandi, antequam ad id dignitatis cooptarentur, uti testatur Hieronymus Romanus, de institutione militum Bandæ, ab Alfonso XI. Castellæ Rege G . . in

Hier. Osor.  
*li. 1. de reb.  
Emmanuel.*

Phil. Bey-  
gom. li. 13.

in ciuitate Victoria, antequam regni insignia capesseret, eretta; & non multò post in Urbe Burgensi celebrata, & bī pridie ceremoniarum in monasterio S. Mariæ Regalis, quicque tyronum à Rege conductus ad altare suum depositis armis totam noctem vigilis, orationibusque transegit, posteroque die sub Missarum solemnis ab eodē tanquam ab ordinis præside militari baltheo, seu tenia rubra. *Banda* vulgo dicta, & quatuor lata digitos, quæ à dextro humero sub sinistro brachio corpori circumducetur, honoris ergo donatus est. Quam & pardi nonnunquam fuisse coloris, appareat ex historia Regis Ioannis II. vulgari lingua, conscripta. In eumque numrum iumentorum excitandas gratia, solummodo adlecti nobiles natu minores, & amigeri; qui adeò opima patrimonia non possiderent, quique decem minimum annis in castris, aulaque versati essent, exclusi filijs maioribus. Et quia rege ipsi honoris id insigne gestare non dignabatur; eò fiebat, ut nobilitas ad res arduas capessendas incendetur, magnoque in pretio ordo ille dum haberecur: ob heroicas nempe quibus fulciebatur, constitutiones. Quas recitat Antonius Gueuarrā Mōdonedi Episcopus (qui de Equite, ac de officio ducis in bello luculentueri conscripsit librum) in epistola ad Petrum Fimentelium Comitem Beneuentanum: & Franciscus Santouinus, qui seriem etiam Equitum primis auspicijs adlectorum, ex ordine recentet.

An 22.  
C. 48.

*Lib. 4. c. 7.* Subsequenti verò ætate, in desuetudinem abiisse prodit Antonius Garibaijus; Regiante attamen Rege Ioanne, adhuc floruisse ex eiusdem constat historia: Cum enim Sigismundus Imp. Schilinatis cauta Perpinianum venisset; nonnulli ex eius comitatu Principes Lusitaniam Castellam, vicinasque provincias vilendi desiderio adiere; Comes nimirum Armeniacus, Vicecomes Saonensis, Dux Briensis Polonus, & Tribunus Equitum Pannonicæ, qui omnes, à Rege Ioanne honorario-

1332.

*Bandæ militum insignia.*

*Bande insigni condecorati sunt.*

Excitauit, & Ioannes II. Castellæ Equites Rex ordinem Equitum *de la Scama*, *Scama*, cuius insigne, aut quid esset *la scama*; diligentibus habita inquisitione curiosè se indagasse, nec tamen eius potuisse reperire rationem, testatur Hieronymus Romanus: etsi non diffiteatur eundem Regem, Moysèm Didacum de Valerarebus in Germania gestis illustrem hoc militari signo donasse: itemque Ciliae Comitem in Bohemia, cui & alia quatuor eiusdem nota collaria, inter primarios suos nobiles distribuenda, elargitus est.

Hist. Ioannis II. an-

no 30. &

Exemplo Sodalitij militum Bandæ *Ordo Equi* erectum est eadem ætate apud Venetum de Latos, collegium Equitum *de la Calza*, *Calza* a iisdem plane, quibus Bandæ conditis pud Venetos. & illustri sanguine natos à Due, Senatusque cooptaverunt. *Nec* potest institutum anno 1362. regnatuum; priuilegijs, aliisque ad decorum rebus, illustratum, ait Leonardus Florauntius in *speculo suo scientia univer-* salis; Magistrumque ordinis præminentiae dignitate *Dominum* appellari solitum. Cuius quidem insigne ha- ctenus noscere non potuimus; hoc constare scimus, vti & nobis retulit doctissimus Andreas Ettenius, politioris omnis litteraturæ tum rei anatomicae in primis, adeoque virtuusque medicinæ laude ornatus, præstantes plerosque viros, rebus domi- militarique gestis insignes à Duce, Se- natuque Veneto in Equestrem dignitatem adscribi; & torque aureo cui D. Marci (numen illius Veneti præcipuum habent) siue Leonis alatæ effigies, cum elegio; *Pax tibi Marce*; ca- terisque Principatus eius. insigniis inest, donari. Vti & apud Genuen- ses honorarii Reipublicæ illius.

Equites, D. Georgij tute-  
laris tessera (quæ crux  
plana est rubei  
coloris)

insigniri solent. Lege ordinem  
D. Georgij à Friderico III.  
Imp. institutum.

S. Marci  
Equites.  
Eorum in-  
signia.  
Equites D.  
Georgij a-  
pud Ge-  
mienſ.

O. R. D. O

ORDO EQUITVM  
Auisorum vulgo de Auis  
in Lusitania.



Eborenses  
Equites.

**C**hristianis Eborensi vrbe, frequenti Regum Portugalliae domicilio celeberrima, potitis, quod situ naturaque aptus locus videretur Mauris debellandis, placuit Alfonso Regi Lusitaniae huius nominis primo, caput hic magistrumque Equestris militiae, quae in Castellæ regno Calatravensium, in Lusitania verò Auisensis nuncupata est, constitueret. A primario tamen ordinis initio, Eborenses dicti ab vrbe B. Mariae ordinis Cisterciensis patronæ; atque eius nomine Ferdinando Monteyro, primo militie magistro donata, assumpto titulo. Eo consilio id factum, ut inde crebris excursionibus fidei nostræ hostes acerrimos pro viribus paucatim expellerent. Ibidem, & sedes fuit horum militiæ, qui Gallica voce freres, hoc est fratres dicti, vbi hodie locus ille fieria appellatur: & in ipsa vrbis arce, qua muro, & turribus ab vrbe seclusa erat, ut etiam hodie apparet, in situ ædium Didaci Castræ, dictæ vrbis Tribuni militum. Iuxta ædes item Comitis Portalegrij sacellum tenebant D. Michaeli Archangelo sacram, vbi statis horis res diuinæ peragebatur. Tres verò Eboraæ magistri Equitum suisæ memorantur. Primus Ferdinandus Roizius Mentellus, summa vir auctoritatis, cui Alfonsus

Henriquez Rex Mafaram oppidulum Mauris ademptum donauit: alter frater Gundisalonis Viegas: tertius Alfonsus Auenis quo magistro ad Auisim castrum à dicto Alfonso expugnatum, eique sodalitio attributum, milites commigrarunt; quo proprius à Mauris abesset, aut ut citius debellare eos posset. Mansit inde ordini Auisensis nomen, quem Innocentius III. qui Celestino successit, Pontificatus lui anno IV. Christi verò natu 1204. regnante Sanctio, qui Alfonso paréte mortuo regnum hæres proximè excepit, confirmavit. Cæterum cum Rodericus Garzias VH. Calatravæ Magister, Auisios multis bonis, (quæ in prima, & secunda Calatravensis ordinis approbatione declarantur) locupletasset, illi se Calatravensium legibus, & reformationibus, ut vocant, ingrati animi signum perpetuum permisere, eorumq; imperium agnouere, usque ad tempora Ioann. VH. Auisorum magistri, qui natilis fuit filius Petri VIII. Regis Lusitaniae. Idem Rex Petrus, post viæ riariam Aliubarotæ obtentam, Auisios suos à Calatravensibus sciunxit, Crucem viridem, inferiori stipite paululum longiori sublata pyro arbore, ad Alcantarensum discriumen gestantes, cum antea rubeam, & eandem cum Calatravensibus, ut ex antiquo ordinis sigillo, quod duas aues ad basim Crucis ostentare testatur Franciscus Radesius, colligere licet. præferrunt. Instituta tamen Cisterciensu sequuntur. Rectè itaque Radesius Auisios cum Calatravensibus cōfundit, quod succedente tempore in unum Calatravæ ordinem coaluerint. Volater-

ranus verò errore deceptus, cum Alcantarenibus iungit. At diuersos esse, & postmodum, sciunctos egregiè docent Hier. Romanus lib. 7. de Republica, & Gon-salvus Argotes de Molina lib. 1. cap. 32. de nobilitate Hispaniæ.

Insignia  
Auisensis.  
suum.

O R D O . E Q V I T V M P E R I S C E L I D I S  
quem Vulgo Garterij nuncupant in Anglia, sive  
Magna Britannia Regno.



**E**DWARDUS III. Anglorum Rex intuicissimus, ut Arturi Regis qui orbicularis mensa Equitum Sodalitium toto adeo terrarum orbe decantatum, instituerat, memoriam refricaret; quum de Gallis atque Scotis, capto Ioanne Rege Gallie, & Davide Scotie sapientius triumpasset, nobilissimam cōscriptis Equitum auratorum societatem: Quos, vt aliqui prōdunt, ob periscelide suam in prælii, quod feliciter cesserat, tessellam datam, Garterij, sive Periscelidis. Equites nominauit, & S. Georgij Capadocis tutelæ, ad cuius honorem in castro suo VVindesori templum ex-

*Symbolum* struxerat augustissimum, dedicauit. *Ornatis de* Hi cæruleo subligari aureis litteris. *Garter.* Gallicæ inscripto. Honi se sit, qui male fronthard y pense, id est, stale vertu ei qui male col. z. cap ergit, & quo i peculiare ordinis symbolum est, sinistram tibiam paulo in-

fra genu substringunt, & aura fibula in concordia symbolum, tamquam vinculo arctissimæ societatis, connectunt. Ut esset inter eos quasi quædam consociatio, & communitas virtutum; chlamydiique scutum album D. Georgij rubra Cruce perinsigne ad pictum teste Polydoro Virgilio, gestauit. Collare verò, quod magnum vocant, & quo solemnisibus inaugurations diebus sodales insigniri mos est ex eadem crurali fascia, sive corrigia, sapientius iterata, & rosis alternacim rubris, & albis. quod Lancastriæ, & Eboracensis familiæ iampridem existit symbolum, distinguitur; appensa D. Georgij Bellatorum præsidis effigie. Nonnulli tamen ad Periscelidem, sive Garterium Reginæ, vel potius Ioannæ Comitis Sarisburiaæ eximia pulchritudine foeminae, reseunt: quod ipsi choreas agitant dicit,

*Collare ordinis.*

cidit & Rex è terra suskulit, ridente multitudine nobilium adstante, & illo repondete futurum ut breui summus honor eiusmodi Periscelidi haberetur. Hæc vulgus perhibet, nec vilis tanè hæc videatur, origo, cum ut ait ille, nobilitas sub amore iacet. Sunt etiam qui hucus ordinis inventionem multò antiquiorem faciunt, cum ad Regem Richardum I. referunt, Eduardumque tandem reduxisse credunt; quam verè ignorare se dicit, Guilielmus Camdenus Britanicarum Rerum scriptor studiosissimus, et si hæc addiscendat antiquum eius institutionis exemplarè facialis cuiusdam libro desumptum producere non grauetur. Cæterum Carteriani collegij solemnia Vindisoriæ quotannis statu' die D. Georgio Equitum tutelari sacro, præsidente Rege celebrantur: Mosque est, ut commilitones galeam, & scutum cum gentilitijs insignibus (vt tradit Paulus. Iouii.) imitatione cæterorum ordinum, conspicuo templis loco suspendant. In quorum societatem potentissimi quique orbis Christiani Principes cooptari, instar maximi honoris duxerunt, & fam à prima institutione in hunc ordinem, qui è XXVI. Equitibus constat, Reges adscripti fuerunt, plus minus XXII. præter Angliæ Reges, qui eiusdem Præsides sive, ut vocant, Supremi habentur, vt. duces, & alios maximi nominis taceam plurimos! Eorum vero nomina qui primi in hunc ordinem adsciri, & vulgo Fundatores Ordinis dicuntur, adiungere libuit, nec enim eorum fama obliteranda est, qui illa tempestate, animo, & virtute militari in paucissimis erant, eoque nomine D. Georgij, & Carteriano insigni amplificati.

Bern. Girardus lib. x. s.

Sororius



Duardus III. Angliæ Rex; Eduardus filius eius natu maximus: Insignia E-  
duard filius eius natu maximus: Princeps Valliæ Henric. Dux Laca-  
striæ T. Comes Varuuici; Capdall de Buche, Radulphus Comes Staffor-  
diæ; Guilielmus de Monte acuto Comes Sarisburiaæ, Rogerus de mortuo mari Comes Marchiaæ, Ioannes de insula, Bartholomæus Burgvvasch, Ioannes de Bello cåpo, Ioannes de Mohun, Hugo Courtneus, Thomas Holladus, Ioannes Greij, Richard. Fitz Simon, Milo Stapleton, Thomas Valle, Hugo VVrothesleij, Nigellus Loring, Ioanes Chandos, Iacobus de Andleij, Otho Hollandus, Henricus Eme, Zan-  
chettus Dabridgecourt, Guil. Paganellus. Ritus atq; ceremoniaæ quibus maxima solemnitate pro ordinis emi-  
tientia. Equites eliguntur, & VVinde-  
ri installantur: statutaque quibus viuunt, huiusmodi commilitones, quum iustis vix continéantur volumi-  
nibus, hic angusto sermonis filo per-  
stringi nequæst, ad Franciscum San-  
souinum, & Thomam Millesiu, apud Lib. de no-  
bilitate Po-  
qué omnes ab instituto ordine Equi-  
tes, & ad nostram usque at tatem sub  
singulis Regibus electi recensentur,  
lectorem remittere libuit.

Ad orbicularis autem versatilisque Tabula re-  
mensæ institutum quod actinet, scri-  
bunt: Arturum Britanniæ Regé qua-  
tuor supra virginis athletas Equestris Bar. Chast-  
ordinis (quod rei bellicæ gloria pre- faneus in  
stabat) Insignibus nobilitatæ ac rei catalogo  
militaris scientia gloriæque magnitu- Gne nū-  
dine pares pari ornatus amore com- di parte c-  
plexum.

*enclus. 21* plexum. Cum omnes simul accumbent. ne quis forte se primo in loco  
*Hector* constitutum gloriösè prædicaret, aut  
*Boet. l. 9.* ad infimum locum deturbarum inuidē cogitaret, mensam rotundam ad  
*hiſt. Scot.* coronaë formam effingendam curavit.  
 Locum in quo iij omnes accumbentes  
 solebant rotundam Arturi *Tabulam*, &  
 Britanni & Scoti appellant. Quam  
 vulgus mensam (si falsa quadam maiorum  
 superstitione conflictato),  
 vt ait lo. Lesleus, non erret) in VVintoniensi castro ad æternam rei memoriā solenniter conseruātam, militumque equitum nominibus vnde  
 notatam, tamquam Arthuriānam suspicere solet. At recentioris  
 esse ætatis autumat Guil. Camdenus.  
 Superioribus enim seculis, cum virtutis bellicæ exercendæ gratia, militares decuriones, (*Torneamenta vocant*) frequenter haberentur, huiusmodi mensis vii erant, ne quod disserim inter magnates nobilesque ex ambitione exsistere. Et veteri sanè,  
 vt videtur, instituto : Gallos enim antiquos circularibus mensis circunse-  
 disse, armigerosq; eorum scuta fe-  
 rentes à tergo adstississe, memorat 4.  
*In lībo*  
*Despōso-*  
*ph.*  
*Athenaeus.*

Reginarum inauguratione & nupas  
 solebant: Aliquando etiam cum eo-  
 rum filij in Principes. VValliaæ vel  
 Duces uestirentur. aut militari bal-  
 theo cingerentur, plurimis adhibitis  
 ceremonijs. Qui ad hunc ordinem  
 suscipiendum à Rege euocantur (nec  
 hac rem exquisitè persequar) pridie  
 quam creantur, heremiticas vestes  
 cineritiam, cum cucullo, pileolo li-  
 neo, & ocreas induit, sacra deuoti  
 accedunt, vt militiam suam quasi  
 Deo in primis militaturi, auspicen-  
 tur, vnā cœnant, singulisq; mini-  
 strant duo armigeri, & puer afflata.  
 A coena in cubiculum se recipiunt,  
 vbi paratur singulis lectulus cum ve-  
 larijs rubris armisq; suis gentilijs  
 affixis, & iuxta vas balneariorum,  
 linteis opertum, in quo cum se Deo  
 commendauerint se abluunt; vt de-  
 inceps corpore animoq; mundo esse  
 admoneantur. Postremo benè ma-  
 ne, instrumentorum musicorum so-  
 no excitantur, easdemque vestes in-  
 duunt. Tunc Angliaæ Constabularius,  
 Marescallus & alij, quos Rex con-  
 stituit, eos accedunt, nominatim suo  
 ordine euocant, & iusuraudum  
 proponunt: scilicet, vt Deum, ante  
 omnia colant, Ecclesiam defendant,  
 Regem honorent, eius iura propu-  
 gnent, viduas, virgines, orphanos  
 tueantur, & iniuriam, quantum  
 poterunt, propulsent. Hæc cum ta-  
 ctis Euangelijs iurauerint, ad sacra  
 matutina Regijs musicis & Heraldis  
 præuentibus deducuntur, atque ab  
 ijsdem in cubicula reducuntur, vbi  
 heremiticas vestes exuti, chlamy-  
 dem holosericam rutilo Martis ful-  
 gore relucentem, & galerum candi-  
 dum, candidis plumis super pileum  
 lineum induunt, chilochecas candi-  
 do funiculo chlamydis colligant. E-  
 quos sella & ephippijs scorteis nigris  
 albo interstant, & cruce fronti  
 præfixa instructos, condescendent. An-  
 te singulos suos afflata Eques gestat  
 gladium capulo inaurato, ad quem  
 dependent aurata calcaria, utrumque  
 armigeri obequitant. Hac pompa  
 cubis

### E Q V I T E S B A L N E I *In Anglia.*

*D*E Militibus, siue Equitibus Balnei, nihil antiquius mihi legenti haec tenus occurrit; quam in vsu fuisse apud veteres Francos, & Henricū IV. Angliaæ Regem, ea die qua inaugurus est in arce Londinensi, quadraginta sex armigeros, qui præcedente nocte vigilassent, & balneo vii essent, Equites creasse, singulis tunicas virides ad talos dimissas, cum manicis strictis & Mineuera pellitas donasse: eosque gestasse ad humerum sinistrum duplēm funiculum ex albo serico cum torulis dependentibus. Hi superiori seculo ex flore nobilitatis, qui nondum gradum Equestrem accepissent, feligi in Regum &

tibus ante clancibus ad aulam regiam  
itur. vbi cum ad Regis praesentiam a  
duobus senioribus viuitibus dedu-  
cuntur, Regis Camerario assecla-  
baltheum cum gladio dependenti tra-  
dit. Ille summa cum reverentia Re-  
gi, qui Militem transuersum eo cinc-  
git, iubetque duos seniores Equites  
calcaria imponere, qui olim creandi  
mi itis genua, beni precantes, oscu-  
lari soliti. Iamque Milites creati,  
olim Regiae mentae fercula infere-  
bant, inde omnes una prandent, ad  
idem mensa latus assidentes, sub uno  
cuiusque clypeo gentilicio affixo. Ad  
preces yspertinas facillum adeunt,  
gladios ad altare offerunt, datoq;  
precio redimunt. Redeuntes vero  
primarius Regis coquus ostendo cul-  
tro, ut se probos & fideles praestent  
Milites, admonet, si loqui se cal-  
caria ignominiosa abscessurum. Die  
autem Coronationis in pompa suo  
loco Regem comitantur gladio ac-  
cincti, calcaribus inducti, chlamy-  
de cærulea Iouis scilicet æqui colore  
amicti, & nodo ex albo serico in for-  
mam crucis efformato, cum capitio  
ad humerum sinistrum. Ita ferè Gui-  
lielmus Cambenus in descriptione  
Britannæ. Huius autem instituti E-  
quites pro tessera solent tres aureas  
coronas in orbicello aureo ex-  
pressas, addita hac cir-  
cumscriptio, Tria in  
vnum, laciniæ-  
que ex bisso  
Tyrrij  
coloris appensas,  
præferre.

:

ORDO EQVITVM  
Nodi apud Neapolitanas.



**N**obilissimus Ordo Equitū No-  
di apud Neapolitanos huius-  
modi exordium habuit. Ludou-  
uicus inferioris Pannoniæ Rex bel-  
lum intulerat Reginæ Ioannæ quæ  
Regni hæres erat, eiusq; Viro Ludo-  
uico Regi, cuius belli causa fuit non  
imperij, sed vltionis desiderium. Cu-  
menim Andreassus eiusdem Ludoui-  
ci Pannoniæ Regis frater vi laqueo  
suspiratus truculentam mortem su-  
biti sibi, sic iubente, vt fama est, eadem  
dicta Ioanna, quam ipse Andrassus in  
Vxorem duxerat. Ludouicus vt fratri  
necem viceretur bellum eidem  
Ioanne, eiusq; nōto viro Ludouico  
intulit. Verum post varijs tumultus,  
& bella pax inita fuit Calendis Apri-  
lis 1351. & ipse Ludouicus Regni  
Rex (alio nomine Ludouicus Taren-  
tinus nuncupatus, eò quod Philippi  
Tarenti Principis si ius erat) una cum  
eius uxore Ioanna Regina, iussu Cle-  
mentis & Pontificis Maximi ab Epis-  
copo Bracharense eodem Anno die  
26. Maij in festo Pentecostes coro-  
natus fuit. Anno igitur sequenti eo-  
dem Pentecostes die ob perennem  
memoriam huiuscēdē coronationis vo-  
luit Ludouicus nouum ordinem Equi-  
tum Nodi institui. Quamobrem sexa-  
ginta viri ex primarijs Urbis Equiti-  
bus, aliqui per illistribus aduenis,  
qui omnes singulare virtute prædicti  
erant,

Mattheus  
Villanus ī  
anno 1351  
Pādūphus  
Collenuc-  
cius lib. 5.  
bis Neap.  
Io. Baptis-  
ta Carrara  
fa li. 5. his  
Neap.

Anglus  
Constatius  
lib. 6. hist.  
Neap.

erant, nobili Nodo, auro, argentoq; intexo ad pectos stricte vinclio insigati fuere, eademq; tessera, quæ tunc temporis in vsu erat, amicti cum quadam etiam lusurandi forma. Sicq; institutus fuit insignis Equitum Nodi ordo. Et hæc præter citatos Auctores legi in quodam opusculo cui Titulus est ORDINES, ET SOCIETATES militares Regni, Auctore quodam Nicolo Anello Pacca Neapolitano. Aliorum nominæ exillis Equitibus, qui tunc tanto honore habiti sunt digni, nè posteritas ignoret, liceat hic ex eodem Pacca subintexere. Ludouicus Rex institutor, Robertus Tarenii Princeps eius frater primogenitus, Barnabas Vicecomes mediolanii princeps, Thomas Sanseuerinus Comes Marisci, & Sancti Seuerini Regni magnus Comes fabulus Robertus Ursinus Comes Nole Regni magnus Inflitariensis, Goffredus Martianus Comes Aquilacij Regni magnus Admiratus, Erricus Caraczolus Comes Hiracij Regni magnus Camerarius, Nicolaus Acciaioli Regni magnus Senescallos. Honoratus Gaetanus Comes Fudorum, Ioannes Sanframundus Comes Cerreli, Guglielmus Baucius Comes Noye, Raimundus Baucius Comes Sceliti Loysius Sanseuerinus, Gualterius Caraczolus Viola, Philippus Caraczolus Viola, Franciscus de Loffredo, Robertus Siripanios, Guglielmus de Tocco, Iacobus Caraczolus, Ioannes de Burgentia, Bartholomeus Caraczolus Carrasa, Ligerius Caraczolus Carrasa Ioannellus Caraczolus Carrasa Ioannellus Buzutus, Matthaeus Buccaplanula, & Christopherus de Constanzio.

### O R D O E Q V I T U M Stellæ in regno Galliæ.

**I**oannes Valeius Gallorū Rex prælio Picauiensis sua & regni calamitate notissimus, Epiphaniæ seu Stella-re Equitum Soda: itum Anno 1352. mente Octobri anpicatus est, Soda: leisque dicti fuere D. Virginis de nobili domo D. Audoeni. Ita enim voca-

Nicolaus,  
Vigner. 10.  
3 vbi b. p 524.

batur castrum illud, quod plus minus duobus millibus abest ab urbe Parisiensi, palati Clichiani nomine olim appellatum, vbi sedes primaria ordinis constituta, ædesque sacræ Equitibus cum omnibus publicatis bonis, & sportulis futuris attributæ. Proceribus ordini iniciatis signū stellæ collaris aureo, ( quali Ioannes Aurelianensis primus Comes Dunensis, filius Ludouici Ducus, Cardi. fratri in palatio Longo vallorum Principum insignitus con picitur) appensum, seu togæ, capitulo locoue conspicabiliori præferre est datum, addito symbolo monstrant legibus astra viam. Vnde tam honorificam stellæ celebritatem credibile est ortam fuisse, à commemoratione diuini illius syderis, non fabulosi illius Tyndaridum, sed noui illius, & vt Theologi volunt recens cum Christo nato ad cunas eius illustrandas creati, quod Magos ab Oriente præuij Ducus instar, in partus locum natu filij Dei perduxit. At multitudine gregariorum, qui falsis titulis irreperant, cum vilescere paulatim hic ordo cœpisset, & Carolus Ioannis filius palati custodibus signum illud deferrendum tradidisset. (Ita ferè res humanæ à præclaro initio degenerare consueverunt) in eius locum D. Michaelis ordo, quoq; Gallia peculiari tutela genium illum custodem, imperij sui agnoscat, suffectus est. Stellæ porrò insignia uti ea Equites deferre solent, nec non vasis Lilorum, Canis, Galli, Draconis præcipitati, Corona Spicæ, Hystricis,

Leonis alati (qui Veneto-

rum Equitum tessera

est) in capite libri

exprimenda


curauimus.

Insignia et  
Symbolum  
Equitum  
Stelle. Cl.  
Paradinus  
in Symbo-  
lis heroscis.

Bodin. in  
Rep. cap. 4.  
Onuphius  
Panuinius

Insignia  
Equitū Li-  
lī, Canis,  
Galli Dra-  
conis, Spi-  
ca, Hystric-  
is & Ve-  
netorum.

ORDO EQUITVM ANNUNTIATIONIS  
Angelica apud Sabaudos.



**E**Questri ordini Annuntiatorio magnificum nomen ex suo abs se instituto fecit Amadeus V., Sabaudia<sup>e</sup> Comes; idque in honorem Angelicae Annuntiationis, Quem insigniri voluit aureo torque, figura collatis canis Alani (vt diploma institutionis seu confirmationis anni 1409. à Francisco Sansouino citatum docet) efformato; ex quo laciniae seu laminæ quatuor catenulis aureis connexæ pendentes, modis insuper Sabauidicis, quos ab amoribus nuncupant, subtilibus, & arte implexis, quatuor literarios characteres FERT & quæ distatè insertos referrent, imagine & historia Virginis Mariæ ab angelo salutare (quæ sodalito nomen dedit) adpensa. Quo quidem Elogio magnitudinem gloriae Amadeo magno primo Sabaudia Comiti partæ, symbolumque Fortitudine eius Redum

tenuit, à Rhodiensi vrbe Turcis erepta seu defensa, Christoque adserta nam, explicari Sabauidici annales testantur. Ab eius enim tempore, vt ex ijsdem patet, Sabauidæ, insignia, quæ eadem & Imperij erant (Saxoniæ dum cum ex quibus Sabauidici proceres orti, insignibus hactenus interstincta) scuto Equitum Hierosolymitanorum S. Ioannis cruce scilicet argentea, in rubri coloris clypeo, ipsis petentibus equitibus (qui Rhodo insula ab Imp. Constantinopolitano tunc donati, Rhodij post Equites dicti fuere) in nauata virtutis præmiis sunt decolorata, & Sabauidæ successoribus Regulis cum quadrilitterario symbolo F E R T, exinde propria mansere. Huius porro militia sedem idem Amadeus in Petra Castella constituit, ibique anniversarium & ceremonias neuis Equitibus à Principe eligendis, Taboës de festo

Lamb. V.  
der Bar-  
chus & Re-  
bussabau-  
dictis.

Iulianæ  
Taboës de  
Rep.

festo Annunciationis Deiparæ die, celebrari voluit, legibus itidem ab Amadeo primo Sabaudiaæ Duce postmodum auctis, iuxta tabulas eâ de re anno 1434. conscriptas. Igitur & auctor ipse primis huius fodalitij auspicijs in equestrem catalogum suncupans, alios quatuordecim primæ nobilitatis viros, quibus ipse presideret, in honorem XV. mysteriorum sacratissimæ Virginis connumeravit, statutaque varijs inscripta libellis, quæ à Francisco Sansouino in Origini-

nibus recitantur, vna cum torque singulis donari iussit. Primum præter ordinis conditorem, commilitones fuere Amadeus Geneue Comis, Antonius Beauensi, Hugo Chalonius Arlaij regulus, Almondus Genevensis, Ioannes Viennensis Franciæ architħalassus, Guil. Granſonius, Guil. Chalonensis, Rolandus Versijus Borbonius, Stephanus Bäumeus norbus, Gaspar Mommoensis, Barleus Forasius, Theudardus Menibanus, Amadeus Bonnarus, & Richardus Musardus.

O R D O E Q V I T V M V E L L E R I S  
Aurei apud Burgundos & Austriacos.



**P**hilippus cognomento. Bonus Dux Burgundiaæ, iure meritißimo auctor magnitudinis Burgundiæ, imperijque Belgici conditor nuncupatus, præter varias virtutes, quæ illum priuilepem exornabant, quæque Boni nomine viro, mortuoque dederunt, tam iuris rationibus res suas tuberant, ut opes sine subditis amplissimas, abe comitariis splendidissimas ad regnandas hominum voluntates regatis suscipiendis, peregrinis Princepsibus subleuandis clamoris acclendis, legis conuictisq; magnorum laude vicerunt. Et in genere saithi agustif;

Philipus  
Comines  
lib. 7.

Rerū Bur-  
gund. li. 4.  
De initijs  
Tumultu  
Belgi. li. 2  
ad gloriam omnipotentis creatoris &  
redemptoris, laudemq; virginis eius  
matris, & ad honorem domini San-  
cti Andreæ glorioſi Apostoli, &  
martyris, ad exaltationem fidei, &  
sancte Ecclesiæ, & excitationem vir-  
cum, & bonorum morum. Exemplo  
vitiq;

Llib. Iudicium c. 6.

Arnold.  
Merman,  
in Theatro  
suo.

Laurētius  
Cuperus in  
rebus Bel-  
gicis.

Collare &  
symbolum  
ordinis.

cap. 109.

Vñq; Gedonis fortissimi Israelitarum  
Ducis, cuius historiā de vellere siccō,  
rōrulentq; se spectasse innuit Philip-  
pus, tapetibusq; illis antiquissimis (qui  
ab eius vsq; ætate in ordinis huius  
anniversarijs) & B. Andreæ Apóstoli  
festo die in sacello Principum Belgij  
spectandi exhiberi solent, posteritati  
testatum reliquit. Et sunt qui Chylo-  
mali, siue autrei velleris insigni institu-  
tum iam oīm in sacra Thebaeum  
Legione floruisse contendant. In hoc  
porrò sodalitium viros nobiles, vita,  
homine, armisq; ut loquitur ordinis  
præses, irreprehensibiles purpurā-  
tos accensuit; quorum ipse arg. sūc-  
cessores toryphæi essent; quibus singu-  
lis togæ coccineana lanearia (quam  
filius Carolus Audax Valincenensis  
bus comitijs in holosericam commu-  
tauit) & aureum torqueum inserto  
paterno emblemate, ignitabuli scin-  
tillas ex silice extundentis speciosam  
attribuit, vnde vellus aureum depen-  
det, post cuiusque mortem rediens  
ad collegium, vt alij bene merito of-  
feratur. Quem torque Claudio Par-  
adinus, ita quidē est interpretatus, vt li-  
licibus ferroq; adscriberet, Ante serie  
Franc. Ro-  
serius to. 7. nov. vīle laboris. Quatuor primæ di-  
gnitatis officiarij, Cæcellarius, (cuius  
munere meritis suis hodie decoratus  
Antonius del Valle) Thesaurarius, Rex armorum & scriba collegio sub-  
ministratur.

In quo, huius ordinis Equitum, ex  
prælio illicitæ fugæ, ceteraque cri-  
mina, ac si quæ inter ipsos sunt dis-  
sensiones, dijudicantur, absq; pro-  
uocatione. Illo rerum bene gestarum  
nobis præmio, & gerendarum  
incitamento splenduerunt omnium  
primi, præter Philippum collegij caput, auctoremq; proceres. hilce cognomentis dynastijsq;, & hac serie  
Guilielmus Viennius S. Georgij & S.  
Crucis Dominus Reynerus Potius Domi-  
nus Rochensis Ioannes Robartus Domi-  
nus Rolandus Putkercanus, Häm-  
sfrodenis & Herstallensis. Antonius  
Vergius, S. Martini Comes, David Br-

mens Lignensis Dominus, Hugo La-  
vois Santensis, Ioannes Comini Domi-  
nus Axionis Tholongonus, Tranen-  
sis, Burgundie Marecallus, Petrus  
Lazeburgius, S. Pauli Comes, Ioannes  
Trimolius, Ionuellensis Dominus, Gui-  
berius Lanensis, Villemalleensis, Ioan-  
nes Luxemburgius, Ligii Comes, Ioan-  
nes Villerius, Lilaadensis Hominus,  
Antonius Croij, & Recis Dominus,  
Florimundus Brimeus Masincurtius,  
Robertus Massemer Dominus, Jacobus  
Britiens Grinyensis, Balduinus Lanoyus  
Molenbaicensis, Petrus Beffromontius  
Chartensis, Philippus Peruanus Domi-  
nus, Ioannes Croijus, Tournensis ad  
Marnam flumini, Ioannes Crequij, Domi-  
nus, Ioannes Neufchastellius, Montis  
acuti Dominus, Ermquerò mīcio Phi-  
lippus Brugæ autrei Velleris collegio  
hos XXV. inseruit sese annumeras, de-  
inde tertio post anno, Diuione, xxxi.  
Equites ad explēdūm numerū iuxta  
formulam primæ institutionis. At Ca-  
tolus postea V. eō nomine Cæsar, ob  
varias prouincias & regna quæ possi-  
debat Ann. 1516. Ordinis Comitis  
Bruxellæ cœlebratis numerū viiius &  
quinquaginta Equitum esse voluit. Si-  
ue itaque hoc Philippi fuit consilium,  
Vellus Gedonis præ oculis habentis,  
siue ad splendorem quem spectabat,  
actomodatè quosdam, vt Iupiter, sic  
majorum minorumque gētium Deos,  
quibus imperaret, habere cupiebat;  
siue contra Gallos nonis se societatis  
atq; amicitijs firmaret siue Iaso-  
nis exēmplo Argonautas legeret, qui  
buscum vt ille in Colchida Velleris  
rapiendi ergo ad Actem, sic in Syriam  
in Turcas proficisci eretur; siue quæ  
alia fuit huius consilij ratio, magnō  
hominum applausu res est excepta;  
multaque ad ordinem cohonestadum  
decora sunt adhibita. Quibus rebus id  
est effectum, vt magna omnium admir-  
atione ordo coleretur, s̄p̄iusque à  
Philippo inde à Carolo Senatus noui  
ordinis habetur. Carolo mortilo cū  
in gentem peregrinam Mariæ mātri-  
monio res transiisse, tum id homi-  
num sermonibus est quæsumum, ad

Petrus à St:  
Julianus &  
Orig. Bur-  
gund. c. 28.

Archiducem, an ad Ludouicum X I. ius collegij transisset. Nam enim Burgundia Ducatum Ludouicus occuparat, nec nisi ad Burgundiæ Duces iuxta institutionem spectare a societas dicebatur: Maximilianus contra iniuria auferri sibi eum ducatum quærebatur. Ne itaque existimationis apud subditos nausfragium facere, huius se collegij principem Maximilianus professus est, Creuecurium, Portiumque, quod Maria deserta ad Ludouicum transiissent, Aurei Velleris insigni adempto, infamiaque damnatos Senatu mortui, nouisque in eum ordinem equites subrogavit. Atque adeo Maximiliani exemplum secuti Austriaci successores, hoc inaurati Velleris institutum, sæpius hodieque frequentant: postremoque ordinis conuentu, seu capitulo, vti loquimur Gandavi habitu, Philippo II. Hispaniarum Regi ordinis Principi, auctoritate Summi Pontificis Gregorii XIII. & Philippo III. concessione Clementis VIII. facultas facta est, Equites (qui ferè ex primarij ditionum suarum, proceribus selecti, & quos vulgo in Hispania Grandes vocant, quod recte capite singulari honoris prerogativa coram Rege apparere ius est) etiam extra capitulum adlegendi, aliaque multa pro arbitrio ordinandi, non obstantibus conditionum capitibus, quibus dicti ordinis principes, equitesque obligantur: quæ sunt numero 94. & quoniam vbiique obvia apud Principes, aliasque dignitatis equestris per amantes, eoque apud nobilissimum virum Henricum Halmalium antiquæ stirpis Equitem Antuerp. sæpius vidimus, studio omisi, ne prolixitate rei lector obtuderetur: cætera némpe apud auctores copiosius passim inuentur. Guilielmum in primis Filiarium Episcopum Tornacensem, Ioannem Funciū huius ordinis Cancellarios, Ioannem Meyerum, Franciscum Harduinum, Aluarum Gomesium de Mendoza, Alfonsum de Sancta Crucis

Cosmographum regium, Franciscum Säoulinum, statuta ordinis Aurei Velleris Garterij, S. Michaelis, Annunciationis. Bandæ cæterorumq; ex autographis recitantem, Franciscum Guicciardinum, qui seriem Equitum ad nostra vixque tempora enumerat; nec hō Guilielmum Menentium parentem meum p̄iam n̄em. qui de hoc ordine opus edidit singulare, & Illustrissimo Principi Carolo Duci Arschotano, & Croyo inscripsit.

Richardus VVasseburgensis iu antiquitatibus Belgicis, meminit vetustissimæ militiae Cygni nomine illustris, p̄ Saluum Brabonem (a quo Brabantiam dictam volunt nonnulli) excitatae, quod ordinis sui commilitonibus eius alitis insigni, in concordia, & societatis firmissime symbolum attribuerit.

*Eques Cygni, & eorum insignia.*

### O. R. D O E Q V I T U M Hystricis, apud Aurelianenses.

**C**arolus Dux Aurelianensis, & Rex Francie eo nomine VI. imitatione, sive emulatione Philip. Ducis Burgundiæ ordinem instituit Hystricis in quem genere, & factis nobilissimos adlegens proceſes, baltheo equeſtri aureo cum Hystrice, & symbolo Cominius, & Eminus, vti tradit Paulus Iouius, inscripto, plerosque condecorauit. Enguerrandus etiam Monstreletus narrat Philippum Burgundiæ DuceMense Nouembri 1440. ordinis sui signum Carolo Aurelianensi ex Anglia reuerso. (vbi capiūs fuerat, per Anno XXV.) tradidisse cum Mariam Clivensem. Ducus Burgundiæ matereram duxisset recens, & vicissim Aurelianensem, monile sui ordinis, vbi erat Hystrix, illius collo iadidisse. Ludouicus deinde eius frater Gallorum Rex XII. vti Dux hereditarius Aurelianensis, ac proinde Blosiorum Comes, symbolū hoc Vetus auctor Troia, ab Hystrice, cui corona superimpedita erat, si

*In symbolis Heroicis.*

*Collare ordinis.*

*Loachimus Cameraarius in Emblematicis, sive symbolis.*

bi adsumpsit, & numismata Regia Hystricem passim insculptam præferrunt, quæ ex vna cum lupi coniuncta effigie, vetus Blosiorum ciuitas insignia sua antiquitù figurare solita est, visitur hoc animal plerisq; lapidibus, ac Forticibus insculptum quod naturatam studiose armis instruxit ut provocantes cominus, & eminus arceat, præsertim aduersum canes, aculeos fuos sagittarum violentarum instar, ciaculaus. Huius symboli interpretationem ( quam ordinis fundator sequutus est ) declarant magnificenterissimæ cuiusdam ciuis in illa ciuitate ædes, ad quarum frontispicium sub Hystrice lapidi inscu lpta distichon adscriptum est.

*Spicula sunt humili pax haec, sed bella superbo.*

*Et \* salus ex nostro vulnero, nexq; venit.*

Quod quidem, & in Erynaceo, siue Echino, ( ex cuius genere Hystrix apud Plinium numeratur, ) significatum æmulatus videtur dictus Cato-lus, vt per Hieroglyphicum eius hominem ab insidijs, periculis, ac cuiuscunquam fortunæ casibus totum ostentaret. Si quidem is periculis euitandis ingenio naturaque munitus, simulatque ferarum se imponentium odorem, latratumve senserit, in orbem sese colligit, rostro pedibusque intrinsecus testudinis more contractis, tergore omni pilæ instar congregato, spinisque quibus vnde cumque munitus est, ad incolum tamē ereatis, otia tui; contactum suum omnibus formidabilem reddens. Adhac autem respxisse videtur Horatius, cum se ita contra fortunæ impetum præparatum scribit, vt sua inuolutoris virtute tutus ab eius iniuria fiat. Ita enim inquit.

*Fortuna seu leta negotio  
Ludum insolentem ludere pertinax,  
Transmutat incertos honores,  
Nunc mihi, nunc alij benigna:  
Laude manentem si celeres quatiss  
Pinnas resigno que dedit, & mea  
Me virtute inuolvo, &c.*

ORDO EQVITVM  
*Cardui Beatae Virginis Mariae  
apud Borbonios.*

**L**udouicus II. Borboniorum Dux cognomento Bonus Petri I. qui in prælio Pictauensi sub Ioanne Gallorum Rege cecidit, filius; postquam operam suam difficillimis regni temporibus eidem Ioanni, Carolo V. & VI. Regibus, contra Anglos aliosque regni potentissimos hostes probasset, exercitum in Africam pro Christi fidem duxisset; exortis Aurelianensis, & Burgundionum in Gallia factiōibus, quibus regnum pene pessum datum est, cum familia Burgundica Velleris aurei insigne, Aurelianensis vero Hystricis erexisset; ipse; quod potentiam suam maiorum, & propriæ virtute quæstam in auxilium pupillorum Caroli Ducis Aurelianensis, Philippi Comitis Eboracensis, & Ioannis Angolismorum Comitis contra Burgundum, ob necem nepotis Collare or sui. Ludouici, Ducis Aurelianensis, dinis Bea-firmaret, ordinem Equestrem Car-te Marie, dui D. Virginis instauravit, Culare aureum, siue argenteum ex lilijs, & quattuor folijs, aut floribus cardui, Crucem in eodem statuētibus; cum inscriptione *Esperance* ornamen-to datum: ijs nimirum qui ob egre-gia in Borbonium nomen merita, illustres haberentur. Cuius Sodalitij corypheum, & caput, Dux ipse se nuncupauit, dictoque baltheo arma gentilicia in campo, argenteo, & ru-beo insigniuit, qualia antiquis rerum sacrarum aulæis intexta, in oppido Claromontano, quod Comi-tatus nomen Borbonæ genti dedit, Borbonia exhiberi testatur Petrus Beloijus; in numeris scilicet lilijs cum filo illo, vti solet, & dicto *Spes* symbolo resperfa. Omnes enim Francorum, Burgundiōrum, Austrafianorum, Germanorum, ceteriq; ex Francico sanguine Principes Cyaneo in clypeo lilijs, in-definito numero pro insigni vii fue-re, usque ad Caroli VI. tempora, qui primus,

primus, ut Genebrardo placet; tria tantummodo lilia in scuto expressit: quod & alijs Regij stemmatis Principes exinde imitati. Eodem torquis insigni, & ratigenensem Dominorum, qui Borboniorum Principatum summi Venatores semper habiti, arma exornata visuntur. Quo quidem Spei emblemate, carduis, & liliis adtextis, animi sui magnitudinem contra omnes fortunæ impetus expressisse videntur ordinis huius conditor. Unicau- lis enim carduus simul, ac scoly mon in calicem apparuerit, florem purpureum mittit, inter medios aculeos celeriter canescens, & abeunte, cum aura perinde, ac spes nostræ plurimum euanescunt, ut minima quaque de causa homines plerumque concutiantur. Nonnunquam tamen quædam animæ proficiens rudimenta indicat, cuius Hieroglyphici primas flos lilij omnium confensu facile obtinet. Hic in antiquorum monumentis cum inscriptione *Spei*, lilij potius figuram, quam alterius cuiusquam floris speciem ostentat. Nam in numero Imp. Alexand. Pij Aug. a b altera facie Dea Lilium dextera prætendit; cuius inscriptio est, *Spes publica*. Eadem inscriptio cum lilio manu Dea

prætento, in Imp. Aemylianii nummis habetur. Nusquam vero frequentius, neque manifestius haec liliæ facies proponitur, quam in Imp. Claudij P. I. in quibus Dea ipsa pallam laeu sustinet; dextera lily prætendit, cum inscriptione, *Spes publica*. Et in Ti. Claudij nummis, eodem gestu Dea, palla quippe sublata, liliæque dextera porrecto, cum litteris, *Spes Augusta*. Eodem statu, habituque, in Hadriani numero, Dea Lilium prætendit cum inscriptione, *Spes P. R.* Quam quidem spem, hodieque de Gallorum Rege Ludouico XIII. Borboniorum, & Gallici Imperij lilio augustissimo conceptam, moderante res Regina parente, exemplo Mammeæ sub Alexandro, Helenæ sub Constantino, Blancæ sub S. Lodouico, quia pietate, & iustitia, ac rara externarum rerum felicitate, abundantia, & publica securitate tempora sua illustrarunt, felicissimos Reipublicæ Christianæ allaturam successus, boni omnes augurantur. Accedente maximè firmissimo connubiali, & amicitiae vinculo. Quod veluti sacram, & indissolubile ab omnib[us] æuo inter Francorum, & Castellorum Reges nexum prædicat Philip-  
pus Cominæus:

Lib. 2. c. 5.



**ORDO EQUITVM CARDV,**  
**& Ruta S. Andreæ in Regno Scotia.**



Lib. 5.

**R**eges Scotorum, ut ex sacris ipsorum scrutinis loquitur Ioannes Lessaeus Episcopus Roffensis, S. Andream Apostolum regnū telare Dñū dudum agnoscunt idque a temporibus Hungi Piætonum Regis, cur hostes oppugnaturo, scribunt lucidam cœlo, apparuisse Crucem, illius instar, in quam ipse Apostolus sublatus pro Christi nomine, mortem opertij, victoriāque cælo Athelstano (nomen, pugnæ locus hac nostra ætate retinet, ab Anglorum, nus li. 10. cælo Rege Athelstain dicitus) conseruacutum, atque ut tantæ victoriarum memoriarum, in mosynon, nulla vñquam vetustate de symbolis Collare & insignibus efformatam contra homines, deinde gestauit, quod & Scotiæ

Hector Boe  
ius li. 10. cælo Rege Athelstain dicitus) conseruacutum, atque ut tantæ victoriarum memoriarum, in mosynon, nulla vñquam vetustate de symbolis Collare & insignibus efformatam contra homines, deinde gestauit, quod & Scotiæ

*Idem li. 2.* quæ dicto baltheo ornantur, leonem rubeum, primum, & antiquum Fergusonij Regis insigne, prætexa cerulea duplice tractu rubeo, contrapositis lilijs consita, circundata, in stamine aureo ostentant: istumq; Caro*i* Magni foedus, cum Scotoris, & Achajo eorum Rege, quod in hunc usque diem religiosè perdurat, coniunctis duorum Regum armis, indicant. Addit ille Carolus coronæ Scoticæ (quæ antiquitus forma erat valli militaris) circa quatuor lilia aurea, quattuor cum salutiferæ Crucis aureis signis, paribus interuersis discretis, lilijs paucis eminentioribus; unde Scoticæ gentis, Christianæ Religionis inviolatae que fidei obseruatio omnibus dignosceretur. Institutionem huius ordinis nonnulli referunt ad tempora Caroli VII. Francorum Regis, quibus Scoticæ foedus ob egregiam desperatis Franciæ rebus nauatam operam, Regumque Franciæ veterem, ac fidam in omne Scotorum nomea benevolentiam, renouatam ferunt, Scoticaque insignia Gallicis aucta volunt, quod iam a Carolo Magno obtinuisse abunde enucleauimus.

*Equites Ru  
te, & Georū  
balibens.* Fuit & Regibus Scoticæ Sodalitium Equitum vulgo *Seruum Ruta* nuncupatum, cuius insigne, ut & Regijs armis circonvolutum visitur, fuit torquis ex duobus ruitæ ramulis, seu foliis innumeris, cui inferius effigies D. Andreæ cum Crucis annexa esset, fabrefactus. Mirari itaque saepè subiit Ioannem Leslæum diligentem alioquin rerum Scoticarum scriptorem nullam, aut exiguum harum institutionum fecisse mentionem. Cum

tamen Regum insignia ab Achajo, usque ad modernum Jacobum VI (qui Cardui florem cum Rota Anglicana, id est, Scoticam cum Anglia sub nomine Magnæ Britaniæ, ut in numeris eius prætenditur coniunxit,) Cardui floribus effigiaeque Andreae exornantur. Et Jacobus V. Scotorum Rex, militia, & Religionis catholicæ propaginator acerrimus, collari ex folijs Rutæ, seu Cardui confecto, & S. Andreæ imagine insignito, conspicuus apud eundem auctorem exhibeatur. Queni quidem Regem alias quoque externos primosq; regni sui nobiles, more, inter Principes recepto, Andreano suo insigni cohonestasse haud, dubio colligilicet ex eo, quod & ipsum potentissimi quique Christiani orbis monarchæ Carolus nempe V. Imp. Aurei Velleris, Francorum Rex, Conchyliati ordinis, Henricus Anglorum Rex Periscelidis torque decorarint. Quorum ordinum solemnia festa statim diebus Rex ipse Jacobus pompæ magnifica celebritate obiuit, in quibus quoque singulorū ordinum insignibus splendere voluit, vt ipsi Principes, à quorum benevolentia ipsa ornamenta manarent illa nō male collocata, aut quoconque modo obscurata, verum ipsius animi grata significazione, pompæ celebritate aucta, arbitrarentur. Cuius rei vt luculentius signum toti posteritati eluceret, insignia Regia in porta Lithcoensis palatii figenda, singulaque ordinum singulorum, simul ac D. Andreæ ornamenti (quæ, ut dicto Leslæo placet, sunt Scoticæ gentis propria) exquisita artificij laude circumPLICANDA curauit.

Lib. 9.

**ORDO EQUITVM S. MARIE**  
sinc Elephanti in regno Dania.



Insignia  
Equitum  
Elephant.

**E**st in Dania ( quæ veteribus Cymbrica Chermonensis dicta ) Ordo militaris Elephanti Equitum , quibus pro tessera est torquis aureus ex elephantis , castella tergo ferentibus , & calcaribus , quæ Equitum proprie sunt insignia , interpositis connexus , appensa inferius effigie Dei matris radijs solaribus circumdatae , cui rursus orbicellus aureus tribus clavis insignis , certoque litterario emblemate inscriptus , symbola omnia Christianæ pietatis , & Equestris dignitatis annexantur . Cuius quidem instituti leges . & a quo conditas , rescire hactenus non est datum : Vidimus tamen non raro Regum Danorum insignia , ( quæ tres leones viridis coloris , Leopards fenciales nuncupant , in campo aureo lachrymis sanguineis , seu cordibus humanis seminato , praefrunt ) eiusmodi cingulo , seu torque , ut hic exhibemus , exornata , & apud armorum Reges tali facie , inter Principum insignia est reperire . Fecit , & nobis copiam aurei nummi Franciscus Bergius vir munditia . & elegantiæ in omni vita assuetus , & insigni nummorum antiquorum supellestile , alijisque prisci ævi monumentis instructus . quo in puluere viri Principes , ut quondam illustri

Princeps Carolus Dux Croijus, & Arschatanus, & etiamnum nobilissimus vir Nicolaus Roccoxius non tam splendore natalium quam consulari Antuerpiana in urbe dignitate multisque virtutibus clarissimus alijque deludant heroes. In cuius nummi antica parte videre licet effigiem moderner Regis Daniæ cum hac inscriptione, Christianus I. V. D. G. Dani. Nor. V. a. Go. Rex. præfert enim is in publicis, tabulis Daniæ Noruegæ Vandorum, & Gothorum Regis titulum, ab altera vero Dux Sleju. Hols. Stern. & Dymars. Comes in Olde. & Dela, cui præter tredecim diuersorum regnum, & principatum imperij Lanici expressorum insignia insuntarma gentilicia, Daniæ Crucis cui Elephas subest, superposita. Similisque aliis est numerus eadem serie, et si mutato ordine, cum Elephantis castello onusli symbolo, præferens insignia ex quibus constat ordinem elephanti non infinito apud Danos loco censi, & parentem dicti Christiani III eius conditorem astrarunt. Huc facit, & cuius Hyeronimus Henninges meminit in Theatro suo Genealogico, vbi insignia regni Daniæ hoc ordine. & collari, quod Elephantem cum castro appensum prætendit, condecorata, Christiernu IV. Regi consecrat dedi-

catque. Nec mirum Elephantis sym bolum à Regi us Daniæ huic ordini cohonestando adsumptum, cum summis virtutibus nobile hoc animal ab antiquis prædicetur, & quod proxime ad humanam rationem accedit, fortitudine scil. militari, prudentia & fulcro imperiorum; Religione, quæ non nisi in hominem cadit, clementia Regia, quæ Cælarem Deorum adscripti numero; Augustum consecravit. Pio cognomentum dedit, clementis. Imp. Maximino, Balbino, & Gordiano statuas cum Elephantis decreuit. Adhæc Ægyptij Regem, per Elephan ti simulacrum intelligebant, non tantum de causa quod cum gregatim semper ingrediantur; is qui maximus est natu. gregem ducit quod in regibus eligendis multarum nationum, & gentium mos fuit ut id muneris senioribus demandaretur. Hinc apud Hæbraeos Seniores, apud Athenienses Palæologi, apud Romanos Senatores rerum habendas moderare soliti: verum propterea quod habet hoc animi regij peculiare, ut genua non flectat, adeò notabiliter, ut animalia reliqua, calcaneum verò leuiter incuruet: nam genua non flectere dubio procul ostendit supplicandum non esse, flectere verò calcaneum, humanitatem, quia maximè præditus est, indicat.



## ORDO EQVITVM CYPRI.



**L**visitam nobile iuxta, ac potens in Gallia oppidum fabulisque Melusinæ à poetis Gallis decantata notissimum, illustrissimæ genti (quæ tot Reges, ac Principes orbi Christiano. Hierosolymis scilicet Armeniæ, ac Cypro derique protulit) nomen dedit, ut prodit in Historijs Iac. Aug. Thuanus. Huius familiæ auspicijs (à quo Principe, aut tempore nondum compperi) initium datum, tradunt nobilissimæ militiæ, seu sodalitio Equestris, Cypri nomine nuncupato. Tuitque ei pro insigni

Torq. Equitum  
Cypri.

tis & amicitiae simulachrum, indiuiduamque pro patriæ defensione. Societatem denotari. Talis autem baltheo exornata visuntur gentilicia. Lusinianorum arma, quæ quadripartita regni Hierosolymitani, Cypri, Armeniæ, & Lusignianæ familie insignibus interstincta esse alibi docimus. Vide Stephanum Lusignianum, qui 67. familiarium è stirpe Lusigniana descendentium, genealogiam concinnauit.

*Insignia  
Lusigniana-  
noam.*

### ORDO MILITARIS Columba & Rationis apud Castellanos.

*Annos sup-  
putandi  
mos.*

a 1358.  
b 1485.

*Ordo Equi-  
tū Celum-  
be & col-  
laria:*

*Ordo mil-  
itum Ratio-  
nis.*

Iohannes I. Castellæ Rex, quo aucto-re apud Hispanos supplicandi ratio, (eam quam *Eram Domini*, aut *Eram Cesaris* ab Octauiani Augusti ætate, tum in historia, actionum formulis, atque priscis conuentuum ecclesiasticorum actis; tum priuatum in sermone familiari dicere conuererunt) Anno salutis 1383. antiquata est, atque ad Christi ortum reuocata, quod paulò ante fecerant a Valentini. Non multo post imitati sunt b Lusitani exemplo aliarum prouinciarum, vti Iustiniani Imp. ætate, Dionyphus Abbas Romanus, sublatis alijs supplicandi rationibus excogitasse primus atque inuexisse in Remp. Christianam memoratur. Is, inquam, Iohannes paulò ante vitæ finem anno 1390, Insigne equestre excogitarat, Columbae effigiem ex aureo, torque radijs solaribus distincto, pendente, nobilibus, aulicisque proceribus ad præclarâ facinora Henrici II. aui exemplo, honoris specie obiecta, incitamentum. Cuius genetis plura collaria Segobiaz ipso D. Iacobii festo die, in urbis templo maiori solenni ritu ex altari arripiens, inter Equites distribuit simul & librum constitutionum, quibus singuli ad stræcti essent, exhibuit.

Insper. & aliud honoris insigne, cui *Rationis* nomen dedit, armigeris

& minoris notæ nobilibus, qui in hæ stiludijs alijsque bellicis exercitijs strenue se fessissent, certa hinc gloria reportandæ ex re fortiter gesta, hinc benevolentia, gratia ac munificencia à Principe conseqvendæ spe, promerendum proposuerat. Verum morte eius intempestua, quæ in eundem annum incidit, vt Iohannes Marianna lib. 18. cap. 13. & Hier. Romanus lib. 9. de Rep. tradunt, res prius quam stabiliretur, euanuit.

### MILITIA ORDINIS Draconici in Germania & Hungaria, Tufini in Bohemia, Disciplinarum in Au- stria.

Post Carolum Magnum, qui imperium occidentale maxima nominis Christiani gloria restaurauit, & in Regum Franciæ familia primò fundatum, ad Germanos, atq; adeò Saxones, quod à Regibus Francorum originem ducerent, transtulit id rursum Lucéburgij summa virtute Principes, pef domesticas calamitates debilitatis, erexerunt pristinamque maiestatem reddiderunt Henricus nempe VII. & eius nepos Carolus IV. aureæ bullæ cōditor, Caroliq; filij Vuenceslaus & Sigism. qui omnes magni nominis Imperatores sceptro potiti. Quorū posterior Sigism. adeò studiōsus fuisse legitur magnitudinis Christianæ, vt non solum plusquā vices collatis signis cum barbaris pugnauerit gloriofissimisq; de hoste triumphos reportarit; sed & zelo & hortatu eius duo œcumonica consilia vnum Constantiaz, alterum Basileaz, extirpando schismati & heresi validi orbem Christianum præsertim Hungariam & Bohemiam concutienti, celebrata sint. Itaque vt Christiana sacra contra infideles comodus tueretur, ac propagaret, erexit ordinem militum Draconicorum, Equitum quos insigni Draconis deuicti & præcipitati decorauit, testandæ extir-

*Insignia  
Equitum  
Draconi-  
corum,*

Cap. 22.

pationi periculosisimi totius terrarum orbis monstri & schismatis scilicet, & heresos. Cuius ordinis episcopa apud historicos fiat mentio, Petrus tamen Beloijus Praeses Tolosanus in originibus suis militaribus est statut se vidisse, diploma anni 1433. quo Basilius Colalba, Marchio Anconae in collegium ordinis Draconici hisce verbis cooptatur. *Te quem manus propria militie cingulo & societas nostra Draconica ac sibi, seu ambrisie charissimi fratris nostri Regis Aragonie insigniimus &c.* Refers & Hieronymus Romanus ex historia Hispanica Regis I annis, tempore Sigismundi, & Alberti Imp. floruisse in Germania tres insignes ordines Equestris, nec non Moysem Didacum de Valera, Hispanum, probatae fortitudinis Equitem ab eodem Alberto, tribus militiae insignibus fuisse condecoratum; Draconico nempe, tamquam a Rege Hungariæ; Tufino, vt a Rege Bo-

hemie; & collari Disciplinarum aquilem; & collaris Equitum & Polonorum Regum in campo rubeo tessera est) exor Bohemia. nato. vt à Duce Austriae. II Rebus Ordo Discipularum Hungarie (cuius regni habenas invenimus imperator Matthias hodie in Austria moderatur) fit mentio Equitum Hungaricorum, quibus pro insigni erat Crux viridis, in habitu, seu Crux vi- chlamyde coccinei coloris. Quem ridis insigne quidem ordinem ante annos fermè du gne Equitecentos contra Turcas Hungariæ finitum Hun- bus incumbentes institutum memo- garia. rat Hieronymus Megiserus Com. Pal. par. 2 c 16 & Archiducis Austriae Historiogra- phus in suo, quem de Triplici Equi- genere, scripsit tractatu. Hun- garicorum autem Equitum Crucis Insignia Templar. Equitum S. Catharinae, vti & templariorum S. Ca- tharinæ, S. Stephani, S. Marie de Monte Carmelo, & S. Lazari, Auisio- rumq; aliorumque, gemina forma in de Monte fronte huius operis delineata om- Carmel. es Auisorii.



ORDINES

## ORDINES. E Q U E S T R E S

In regno Suecia.



Ordo Equi-  
tum Seraphi-  
corum.

**Q**uantam olim Reges ac Principes Gothorum de perpetuanda nobili fama ac bellica claritate curam habuere, arma, signaque; & clypei eorum illustribus locis insculpta, ac posteris relieta, evidenter ostendunt: habetq; Aultralis Finlandia in magnifico portu Hangoe (locus qui Regibus Sueciæ belli inferendi ac pacis componendæ, quasi arbiter esse solet) in cautibus vetustissima heroum Gothorum ac Suenorū, insignia, literato ordine, sed antiqua simplicitate insculpta, Quod ad res magnas capessendas. vilis majorum insignibus (quod & Q. Maximus & P. Scipio saepius de seipso olim testati) vehementissime sibi animum ad virtutem accendi sentirent His antiquitus pro insigni erant duæ virginē coronatæ, aureo vesti-

Olaus Ma-  
gnum lib. 2.  
cap. 25.

Collare E-  
quitū Se-  
raph.

Salustius  
de Bello  
Iugure.



ORDO

**R D O E Q V I T V M G L A D I I**  
*& Balthei militaris.*



*Collare B.  
guittū Gla-  
dij.*

*Epiſt. 76.*

**A**lter in Suecia militaris ordo pro tessera gladios aureos, militari baltheo inter se coniunctos, & acie sanguinea communicantes (quod iubitix, & militaris gloria, quibus regna fulciuntur, insigne est) prætendit. Seneca enim gladium bonum esse dicit, non cui deauratus est baltheus, nec cui vagina gemmis distinguitur; sed cui ad secundum subtilis acies, & mucro munimentum omne rupturus. Et vel ad consummatam politiam hæc duo requiruntur, Calamus & gladius, puta deliberandis rebus consilium & literæ; exequend.s autem gladius. Insignia autem que gladiferi huius ordinis symbolo condecorantur, in clypeo aureo vmbonem fulvo leone rubescentem, circum circa tres coronas regias, &

totidem campanulas rubeas; in galea verò coronam muralem argenteam, cristis seu plumis viridis coloris respersam binosque supra gallos rubeos in vexillis argenteis decussatim positis, præterunt. Quæ præclara Christianæ militiae decora, mutata in ijs regionibus Religione, in desuetudinem ferè abierunt.

**O R D O E Q V I T V M**  
*Spice apud Aremoricos in  
Britannia Gallica  
Ducatu.*

**F**ranciscus! huius nominis Britan-niæ Dux, filius Ioannis V. & Ioannis VI. cogomento Conquestoris, pri-mique Ducatus Britannici, in familia Montfor-

Mōtfortiana (quæ seriem suā à magno illo Euerardo Moimoratio, & stemat ducit) conditoris nepos; quod Republicæ interesse sciret, ut signatos & desertores ignominiosè puniri, sic virtute præstantes viros honore affici, æquum esse; Nouum Spicæ siue Aristæ ordinem militarem, cum cuius memoriz renouandæ, tum nobilitati Britannicæ decoradæ, anno circiter 1450. inchoauit, cuius candidatos donauit torque aureo; ita fabrefacto, ut ex spicis frumenti, alij alias subsequentibus in modum crucis, caudis retrò conuersis, & nodos venerios, quos ab amoribus nuncupant, conficcentibus Spicæam quasi Cereris coronam, aut Arualium sacerdotum referre videatur. Cui præterea in basi Mus Ponticus, siue Alpinus candidus (Armenium nunc vocamus) colliculo, viridi impositus, duabus catenulis aureis adhaeret; addito Ioannis Conquistoris Gillico emblemate *4 m. via.* generosum utiq; incotaminati & syneriffissimi animi exemplar. Est enim hoc animal (quod Iulio Scaligerio Mustelæ genus est, & ob candicantis peltis raritates, Gallorum estimatio ne Principum ornamentum nobilissimum) adeò puritatis amans, ut teste Plinio, cum fouearum suarum ostia cœlio illita conspicit, se potius à venatoribus capi patiatur, imò nec ipsam mortem declinet, quam eo fœdarī malit. Simili elogio vfa est Anna, non semel Regina Francie filia nempe Francisci II. Britannæ Dūcis & Margaritæ Foxianæ, ex Gastone Comite Foxensi, & Eleonora Regina Nazuarræ genitæ. Cuius symbolum hodieque ostentar castellum Blæsianum, hoc dicto conspicuum *Plus loß mourir.* Potius mori, quod idem fere est, cum ordinis huius tessera *4 ma via*, qui huius Reginæ matrimonio, ad coronam Francicam delatus, finem cepit. Anno enim 1555. inter Regem & Ioannem Broffium, Stamparum Ducem, Britannæ Gallicæ in Armoçiano tractu præsidem, transactum fuit. Is à Carolo Blæsensi genus ducebatur, qui cum de Britannæ princi-

patu contendenter opibus Gallicis fre tuus, ad dicto Spanne Debencis, Montfortij Comite memorabilī prælio anno 1365. *111 Kil.* Octobris in Namnetibus tæsus est. Ab eo tempor *Ioannes Ti-* Montfortiani in ea regione rerum po lius de re titi sunt, vñq; a l. Arian memor a tam, Franciæ Ducis vnican F. quæ cis. Carolo VIII. primum, de in Ludouico X I. nupsit, quo ex matrimonio prognata Claudia, primogenita Francisci I. Regis vxor fuit, adeoq; auia paterna Henrici II. & Francisci Allenconiorum & Andegauensium Duciis, sub quo Ludouico Britannia corona Regie ex ordinum prouincia decreto ita vaita est, ut nullo ca su ab ea in posterum alienari posset. Ceterum & Auctor ordinis in ea fundatio le ad Insignia Britannica Arm nijs nigris respersa respexisse videtur; & Robertus Cenalis credit Britanniam Aremoricam siue Hermioni cam dictam, ab Hermionibus populis, qui sunt ripenses, acq adeo O ceani littorales: ita ut apud eos in Lib. 2. de valuerit vernaculum nomine *Hermine*, re Gallicæ signo tamen aliunde tracto, nempe *pericote* e, ex cauda candida mustelæ, per vni cam vocabuli allusionem. Et hinc etiam amplius contendit Armoricos ex nominis occasione, qui scilicet Hermiones dicuntur, per allusionem quandam sibi desumpsiſſe, ea quæ gestant insignia, vulgo dicta *Hermi nos* caudis mustelarum à natura insita, coloris atri in area candida. Nam quæ defictio Arthurō, atq; eius cum gigante in Lutetiana insula confecto duello, deq; celitus emissis insignibus vnius tantum auctoris Monume tensis singulari testimonio cir cumferuntur, ab omnibus passim auctori bus, pro commentitijs ha bentur.

ORDO NAVALIS SIVE COCHLEARIS  
apud Gallos & Neapolitanos.



**Claud. P-**  
**radinus in**  
**Symbolis**  
**heroicis.**

**F**uit Priscis Seculis Francorum gens naualis, & pyratica artis exercitatissima, si Latiro Pacato, Sidonio Apollinari, ac Beato Rhenano, credimus. Placuitq; genti ut quamcunq; sibi regionem Urbis condendæ, quieti deligerent, hoc sacro nautico honori, & antiquitati memorabile symbolum nauis amplissime, dicaretur. Quod quidem ea sorte insignita incomparabilis, & Regalis, Parisiorum Lutetia sibi vetusto nomine, vel in hunc usque diem etiam vindicat. Nequè verò absurdum est, hoc ipsum illos à Gepidis idē antea quoque usurpatibus per Germanicum Oceanum claris, uspassem; Regesq; deinde Francorum tot transmarinis expeditionibus ante alias præcellentes, sibi quasi proprium (uti innuimmatibus Sancti Ludouici nauis, &

concharum insigne videre est) reseruasse, sodalitiumq; sacræ cuiusdam militi e instituisse, quod nonnulla insignia duas nigri coloris naues in campo aureo, similemquè vnam in galea clypei exhibentia, & priuato cuipiam Ordinis Cochlearis Equiti forte per familiaria passim ostendere cernuntur. Quibus præterea circumdata est collare aureum ex cochleis in sinu semilunarnm rubei coloris collocatis fabrefactum. Quod nempè Reges ij sepiissimè gloriofissimas de Barbaris tristiphes reportant Imperijq; orientalis signa nocturno illo lumine splendentia eripuerint. Illam enim semilunam Turcarum (quod genti solenne militiae signum; quasi Romæ aquila est) originem à Bizantinis habuisse constat, teste omnis antiquitatis Vindice Iusto Lipsio, qui primum illud

K apud

Ex Epistola apud nobilem Virum Augerium Gis-  
quen lib. i leni n<sup>o</sup> 3 usquejum Legatum Byzan-  
tinum, & in alijs numinis obseruasse  
dicit. In quorum tcilicet parte Lu-  
na media esset cūm inscriptione  
BYZANTIVI. itaque vt Athenie-  
nianum noctua, aliorum gentium  
aliud insigne fuit, sic Byzantiorum  
Luna, quam magius ille R. x magnus  
Christiani non nisi malo insignia iux-  
translulit signum viet e gentis, penes  
quam Orientis imperium esset. De  
hoc Ordine consulendus oannes fe-  
ronius, qui catalogum Ordinū Eque-  
striū a Regibus Galliæ erectorum  
collegit, & ad nobilitatis Francicæ  
decorem, Principum Virorum mani-  
bus non indignum reliquit.

Alium præterea ordinem Naualem  
instituit Carolus Tertius Regni Rex  
Dyrachij Ducis filius & ex progenie  
Sancti Ludouici supradicti. Is enim  
tum ob coronationem Margarita Re-  
ginæ eius Vxoris, tum etiā ut omnino  
moerorem tolleret a Civitate quia ob  
varios tumultus, ac bella, & propter  
necem Reginę Ioannę squallore plena  
erat, va ius decreuit ludos, ac certami-  
na, in quibus ipse quoque præclare le-  
gescit, nouosq; voluit institui Equites  
( Ludouici Regis exemplum sequitus  
No di Equitum fundatoris) qui Naua-  
les nuncupabantur, & quorum prin-  
cipes ipse esse voluit, vt Argonautas  
imitantes digna tanto honore geta-  
pattarent. Ad hunc finem elegit sibi,  
& Ordini Protectoreni Sanctum Ni-  
colaum Myre Episcopum, eique  
ornatissimum templum dedicauit cum  
insigni Zenodoxio propè Molon, ,  
Equitibusq; præscripsit, vt quotannis

eiusdem Sancti diem festum, solemnē  
ponga celebrarent. Gestabant Equi-  
tes in clamyde, alijsque militariibus  
ornamentis pictam Nauim medijs in  
fluctibus. Regis colores in tessera  
imitantes cum quibusdam argenteis  
amentis. Horum nomina nō posteritas  
ignoret, liceat ex eodem Pacca recen-  
tere Carolus Rex Institutor Antonius  
Sanseuerinus Comes Marsici, & Sancti  
Seuerini Regni magnus Comestabulus,  
Carluccius Russus Regis consanguineus  
Regni magnus Inutilarius, Iacobus Mar-  
tianus Comes Squillacij Regni magnus  
Admiratus, Franciscus Prignanus Vrba-  
ni sexti Pontificis nepos Capue princeps,  
Franciscus Bauciūs Dux Andrie, &  
Iacobus eius filius Romanie Dispotus, ac  
Achaie Princeps Nicolaus Vrbinus Co-  
mes Noia ac Robertus, & Raimondellus  
Lycij Comes eius filij, Iohannes de Luxin  
burgo Comes Conuersani, Enricus Sanse-  
uerinus Comes Miletii, Antonius Acqua-  
uiua Comes Sancti Flauiani, Antonius  
Caraczolus Comes Hyracij, Ioannottus  
de Prothorudice Comes Accerrarum Loy-  
sius de Gesualdo Comes Compria, Iaco-  
bus Gaetanus Fundorum Comitis filius,  
Loysius de Capua aleauilla Comitis fi-  
lius Gurellus, Caraczolus Carrasa Re-  
gni Marescallus, & Malitia eius frater,  
Guglielmus de Lagonissa, Iohannes Aloy-  
sius de Lanuilla, Nicolaus Caraczolus  
Viola, Iohannes Caraczolus rubens,  
Iohannes Caraczolus Pisotta, Stortus Ca-  
raczolus, Naccarella Dentice, Tho-  
masius Branheatius Imbriachus, Ax-  
gelus Pignatellus, Iohannes Spinellus,  
Andreasius Piscicellus, Bartholomeus  
Thomacellus, Thomasius Buccaplanus-  
la, & alijs.



**ORDO EQVITVM LVNÆ CRESCENTIS**  
*apud Andegauenses, & Neapolitanos.*

**S**ecunda Andium familia, quæ inter alia potentissima Christiani Orbis dominia Regni imperio potita est signum Ordinis Equestris in brachio habuit crescentem Lunam argenteam. Cuius militæ principatū sibi, ac successoribus primus sumpsit Renatus Dux Andium Hierosolymorum Regni Neapolis, Siciliæq; Rex; princeps utique meliori fortuna dignus, siue eximiam erga Deum, ac patriam pietatem! siue animi magnitudinem species cùm paucis comparandus. Is cum more inter Principes recepto ordinem Lunæ Crescentis in D. Mauritiij Vrbis Andegauensis basilica erexit, perspectæ virtutis militibus torqueum aureum. Luna Crescente (cur axioma illud, LOS, vel ut Petro Matthæo Regis Galliae historiographo placet, Los en croissant, Carolo III. postea per familiare symbo'um inscriptum esset) insignem spectabili totius aule pompa, perquam honorifice detulit. Exinde

Paulus Iouius natu' credit illud Henrici II. DONEC TOTVM IMPLERAT ORBEM, quia verè cum plena est, fit æmula Solis. Et verò quoniā neminem in hoc sodalitium adoptare fas erat, nisi primum in pugna fortitudinis suæ specimen dedisset, præliorum frequentiam quibus interfuerit, ex bacillis qui lacinia suspensi ad collum, & anulo simili inserti terminabantur colligere licebat, & quos admittebant futuros se socios periculorum, neque ullo tempore arma aduersum laturos fidem, amicitiamq; perperuam seruatos, ubi etiam castigulisset, auxilio futuros, in bello præsentes, armatosque in acie statueros, aut pecunia adiacueros. Ad hæc statos qualidā dies festos ex solemnioribus constituebant, quibus intercesserunt, fas esset. Iij Confratres vocabantur quos, & viuos, & mortuos qui religionis eius, militæ auctores sunt, maximis prosequabantur honoribus, eius auctoramenti primi fuere

Ioannes Dux Lotharingie, & Calabrie primogenitus dicti Renati Regis, Vicecomes sancti Bertrandi, Vicecomes Estagii, Beltrandus Beauensis dominus, Ottinus Caracolus Comes Nicaeae Regni magnus cancellarius, Baptista Caracolus Hyrcii & Ferrarensis Comes, Georgius Alamanus Comes Pultini, Perdicassus Barrilis Montisodoris Comes, Ioannes Cossa Troie Comes, Balduinus Ratta Caserte Comes, & Pierleto Caracolus Montisleonis, trii utique primarij & alij, quorum nomina, & insignia in dicta Sancti Mauriti basilica (que inaugurationis sedes est habita) conspiciuntur, & gentilitiis coloribus depicta, & in Pacca in suo supra citato libello. Ioannes autem supradictus Lotharingie Calabrieque Dux Renati Regis filius cum ad recuperandum Regnum aduenisset, Ano 1459 vt amicos Regni procerum ad se alliceret, his præterea adscriptis Ordini Equitatis. Quarum nomina sunt hæc. Ioannes Antonius Bruciis Ursinus Tarenti princeps, Marinus Martianus Suesse Dux, & Rossani princeps, Ioannes Paulus Cantelmus Dux Sora, Ioannes Caracolus Dux Melphis, & Iacobus frater eius Aquellini Comes, Antonius Centilia Marchio Curoni, Robertus Sanseverinus Comes Marsici, & sancti Seuerini, Petrus Lallus Camponicus Monzorij Comes, Nicolaus Monfortius Comes Campibassi, Ioannes Sanframundus Comes Cerreti, Alphonsus Lagonissa Comes Monisarculi Franciscus Caracolus, & Ioannes Nicolaus filius eius, Honoratus Gaetanus Sermoneta dominus, Carolus

Sangrius &c alij. Ex his autem Robertus Sanseverinus Comes Marsici, & Sancti Seuerini, cum Ferdinandi Regis Regni possessoris partem sequi vellet a Pio Secundo Pontifice Maximo a patrato iuramento fuit absolutus, quod iudicaret eas non magis religiones, quam coniurations quasdam esse pessimo exemplo institutas. Porro præclarissima Andium stirpe extincta pariter, & nobilissimum hoc institutum fine m cœpit, ut in Pacca, vi lere licet.

Nostra verò ætate illustrissimus Marchio de Tyrace spectatæ fortitudinis hæros, vt Siculorum, & Andegauensem Principum præclara instituta renouaret, quod maior Turcicæ potentiae fama increbesceret: eò maiorem gloriam in præsens normen in furum militaribus viris parari, gloriofissimæque de barbaris victoriae præmium adpeti censeret; nouum Equestrem ordinem, & signum militare apud Siculos inuexit. Cui non pauci nobilitatis primates, & summi stemmatis adolescētes nomen dedere, quibus inflammantis instituit ille velut pancratium in quo gymnicis certaminibus tyrocinia belli agerent, discentisque in ludicra pugna veram pro Christo fortiter, & imperterritè pugnare: eaq; ratione Turcis quotidie imminentibus non solum ad Insulam inuadendam, sed Italiam proximam vastandam intercludere. De his plura apud Rodulphus Botereum in magno Franciæ Concilio causarum, patronum lib.2. ad ann. 1595.

Nonus Ori-  
do Equitū  
in Sicilia.

Io: Pontanus li. 1. de bello neap.  
Io: Baptista Carrali. x. hist.  
neap.  
Angelus Constantius  
Constatius  
g. & 20.  
Nicolaus  
Anellus  
Pacca de  
ord. & Soc.  
mil.



**ORDO ARMENII, SIVE ARMELINI**  
apud Neapolitanos.



**R** Ex Ferdinandus peracto bello  
Anno 1463. cum Ioanne Lo-  
tharingiæ, Calabriæ quæ Du-  
ce, Armenij ordinem instituit, qui  
quidem Ordo huiusmodi initium for-  
titus est. Marinus Martianus Dux  
Suevæ & Rossani Princeps, licet Re-

Io: Ponta-  
nus de bel-  
lo neap.  
lib. 1.  
Io: Baptis-  
ta Carræ  
fa hisp. nea.  
lib. 10.  
Angelus  
Censtatius  
lib. 20. hisp.  
Nicolaus  
Anellus  
Pacca de  
ord. & sce.  
mil.

Ex Ferdinandus peracto bello  
Anno 1463. cum Ioanne Lo-  
tharingiæ, Calabriæ quæ Du-  
ce, Armenij ordinem instituit, qui  
quidem Ordo huiusmodi initium for-  
titus est. Marinus Martianus Dux  
Suevæ & Rossani Princeps, licet Re-

ges esset Sororius non solum tamen  
potissima causa prædicti belli fuit, ve-  
rū etiam ipsum Regem per dolum  
interimere dum simili collöqueren-  
tur, machinatus est, vt in Pontano vi-  
deri licet qui cùm posteà in eiusdem  
Ferdinandi Regis manus peruenisset,  
& in carceribus detrusus fuisset, no-  
luit tamen Rex Sororium licet ingra-  
tum, ac proditorem, morti tradere,  
nè suas manus proprio sanguine fœ-  
daret, quamuis hoc illi consulerent  
eius consiliarij. Quamobrem, vt hoc  
suum adeò clemens consilium cunctis  
patefaceret, hunc Armenij ordinem  
instituit, in quo qui adscripti erant,  
monile aureum in pectorale gestabant,

cum hoc Armenio turpi cœno vndiq;  
circundato, & cum superscriptione,  
MALO MCRI, QVAM FOEDARI  
In quo ordine diuersis temporibus,  
varios adscivit, quorum nomina ex  
Pacca hic subiiciuntur. Alphonsus Ca-  
labriæ Dux Regis primegenitus, Ercules  
Estensis Dux Ferraria Regis Gener Ga-  
leatus Sforcia Dux Mediolani Alexan-  
der Sforcia Pisauri princeps, Robertus  
Sanseverinus princeps Salerni Franci-  
eus Baucius Dux Andria Regis consan-  
guineus, Iulius Antenius Acquauiuus  
Dux Atrie, Troianus Caracolus Dux  
Melphie, Antonius Piecolomineus Amal-  
phitanus Dux Regis consanguineus, &  
Pý 2. Pontificis nepos. Vrsus Vrbinus  
Nolanus Comes, ac Asuli Dux, Anto-  
nius de Ruere Dux ore Sixti 4. Ponti-  
ficiis nepos. Petrus Guevara Regni ma-  
gnus Senescallos Vastij Marchio, ac Regis  
consanguineus, Innicus Auolus Comes  
Camerarius, & Alphonsus eius filius  
Piscariæ Marchio, Honoratus Gaetanus  
Comes

comes Fundorum, Ferdinandus Gueuara Comes Belcastri, Alphonſus Gueuara Comes Archarum, Marinus Caraczelus Comes Sancti Angelii, Iacobus Caraczelus Comes Burgentis Virginius Vrſinus, Joannes Jordanus filius eius, Robertus Vrſinus Tagliacotij, Alb. Comes Diomedes Carrasa Comes Magdoni, Scipio Pandonis Comes Venafri. Andreas de Capua Alteuilla Comitis filius, Matheus de Capua Palena Comes, Antonius Carrasa Mōtisdragonis dominus, Galeatus Caraczelus Vice dominus, Domitius Caraczelus Ruodi dominus,

& Calabria Gubernator, Galeatus Carrasa Tivoli dominus, Regis consanguineos, Gueuara de Gueuara Arpaia dominus & Vallis Beneuentana Gubernator, Lysis de Aquino Castellioni dominus, Albericus Carrasa Jacobus Carrasa de spino Caſtrinetis dominus. Apud eundem Paccam habetur mentio de Societate Argatæ & Leonzæ ( vt eius verbis vtr ) quia autem Societates ipſæ neque Regum Institutores habuere, neque verè Equicū Ordines sunt, sed quædam potius Confraternitatis, ideò eas omitto.

### ORDO EQUITVM S. MICHAELIS apud Gallos.



Ræclarum illum morem, ut proceres torque aureo insigniretur à Romanis ad Francos traduxit Ludouicus XI. cum, ut ait Gaguinus, Kalend. Auguſti, Anno 1469. ordinem D. Michaelis Ambasie institueret, non usq; iterū statutis Anno 1476. Pieſſi augeret, ſymboli loco, tuos insigniens torque aureo, cochleis (qua Romanis

Senatoribus turgentibus in lacertis præminebant) inter leharentibus, & D. Michaëlis cacodemonem ex eo deſturbantis imagine appenſa: additoq; emblemate, immensi tremor Oceani. Prouocatus utique exemplo patriſ Caroli VII. cui pro iugni bellico, huius Archangeli fuit effigies, cum primitias potiflimum inaugurationis ce le-

Symbolum

ordinis Mi-

chaelis.

B. Corius.

lib.7. c.47.

celebraret Rothomagi Sumptuū id, ad eoq; fācītū in singulōs Rēgēs ab illustri, vt aiunt, miraculo, seu prāsentia D. Michaelis in prālio ad pontem Aurelianensem, hostes Anglos, vrbēq; à dira oppugnatiōne arēntis, ac pro pulsantis. Hisce insignibus Militari- bus cooptationem virutis, cōcordiæ, & derisque perpetui pignus, item & corotam prāclare auctorū tōmu- nemque inter Equites fortunatū & mā- nimationem contineri, interpretatur Claudius Paradinius in symbolis He- roicis. Initio verò fuit cohors quādām trīgīta sex regi procerum sū- cūlpatorum equitū, dictā à D. Mi- chaelē, societatis prāside: quibus Rex ipse primas adnumerari voluit, eodē- que quo ordinem inchoauit momen- to, solemi lūstratione XV. Heroas, i- quos ob honorem, & nomenclatura- prārogatiū silentio, prāterire fas non est, in eundem adsumpsit. Primi itaque fūere Carolus & Ioannes: hic Borbonijs, ille Aquitanus Dux, Ludouī- ensis Luxemburgus Comes Iani Pauli, magister Equitū; Andreas Lauallius Tribūnus Equitū; Ioannes Sanserianus Comes; Ludouicus Bellemontanus Forestii, & Plesij dominus; Ludouicus Totevillanus Torrij dominus, Ludouici Lauallius Châtillonus dominus, Ludouenus Borbonius nothus, Comes Rossillanus, maris prāfēctus, Antonius Cabarrenus Dāmartini Comes archiœ- conomus; Ioannes Armeniacus nothus Comingēsius Comes, mil: tum tribu- nus; Georgius Trimoleus, Gilbertus Cha- banus; Carclus Crusolius Pictonum iu- ridicus, Taneguinus à Castello prāfē- catus Russinensis: reliqui sodalium suffragijs electi. Qui porrò huic so- dalitio nomina dāt, in verba Principis adiguntur, eoque neminem moueri constat, nisi hæreſeos, aut proditionis reum peractum, aut signorum defer- torem. Quando verò agebatur de ali- quo in demortui locum eligendo, non suffragijs sed tabulis (Balōtas Veneti vocant) à verbo Græco Ballēn') elec- tio fiebat. Quæ obsignatae in peluim coniūciebantur, quibus à Cancellario

numeratis, qui plures tulisset, in col- legiō cooptabatur, hāc vērbōrum for- mula à Principe prolata: Te ordo Fra- trii (ita enim vicissim se appellare solent Equites) & sodalis loco habet, ea q; ratione te torque hoc donat. Sicut Deus eum diutius gestes. Deinde in perpetui amoris testimonium, singulos exoscu- latur, ijsque mos fuit, in col'egium So- dales adlegendi. Est & suus huic Ordini Cancellarius & thesaurarius ut vo- cant, caduceator, seu scialis, cui à Di- uo Michaelē nomen est, & scriba qui equitū prāclare gesta litteris, & me- moriae perpetuae mandaret. Eo nu- mero legitimus exauthoratum Ludou- icum Luxemburgum, unum ex illis maiorū gentium Torquatis Equiti- bus, de quo conchyliato honore ab- rogato, publice in Grauia Lutetiaz sumptum supplicium. Moris enī Regibus, munus hoc etiam in exte- nos Principes conferre, in honoris & benevolentia indicium: qui si eorum hecstes vēlint se profiteri, per internun- tiōs torqueū remittunt, vt omni fa- cramenti religione soluti, alteri Prin- cipi strenuam operam na ent. Quod sepe hisce nostris temporibus conti- git. Et anno 1559. Philippus Hispaniarum Rex Gandaui Equitū aurei vellēris concilium celebrans, ordinis torqueū Octauio Parmenium Duci, quem ille accepto à Rēge Gallorum conchyliati ordinis insigni, superio- rum bellorum tempore abiecerat, restituit. Huius ordinis statuta & leges ex magno constitutiōnum volumine regni Francorum, vt refert Ioannes Iilius lib. 2. de Rebus Gallicis man- datae sunt typis, & vu'gari lingua- paſſim circumferuntur à Franciso Sanſouino, & alijs, de quibus conlu- le Petrum v'athēnum, & Franciscum XI. lib. 5. Modium, qui comitū ordinis, & ce- remoniārum solemnia ab Henrico II. Anno 1548. celebrata, perquam copiose perseguitur in Pan- dectis triumphalibus tom. 1. lib. 2.

**ORDO E Q V I T U M**  
*Sancti Georgij in  
 Corinthisa.*



**A**RUDOLFO Hapsburgensi, qui primus Imperatorij fastigij decus in familiam sceptris, regnique fatalem inuitit; vnde decim ex gente Austriae Imperatores eximiae omnes maiestatis numismate à Rudolfo II, augustinissimi nominis Principe nuper complexos, numerat Germania. Quos inter Fridericus III. haud postremas tulit. Is ad Turcarum Hungariae, Styriae Carinthiae, vicinisque prouincijs imminentium arma depellenda, Equitum S. Georgij ordinem prudenter instituit. Cuius quidem Magistro generali regiam sedem in Milletadio, Carinthie oppido, amoenissimo loco designauit. & Principis honorem adiecit. Huic & Novaz ciuitatis in Austria Episcopum, in rebus ut loquuntur temporalibus, itemq; Canonicos ea de caussa in arcem postea traslatos; eademque D. Georgij rubra Crucem (qua plana, & simplex gentilios clypeos occupare solet) signatos. Et ne quid ad splendorem deesset, toparcharum Cranichbergensium, recens cum familia extinctorum castra, ac praedia in vici aulæque subsidia, liberaliter addidit. Nimirum trautmandorium, Scharfeneacam. & S. Petronillæ prædium: in quo Carnunti vestigia urbis ruinæ existant. Quorum prouentibus non mediocriter adiuti

*Magister  
 ordinis S.  
 Georgij  
 Principis  
 siue aau-  
 bus.*

*Insignia  
 Equitum  
 erux D.  
 Georgij.*

S. Georgij Equites, Christiani nominis zelo incensi, non tardò virtutis sua contra Selymum Solymannum aliosque Ecclesiæ hostes fidem fecere. Vide Lazio lib. 3. Rerum Viennensis. Bernardus item Luceburgius in libello de ordinibus militartibus, memorat ordinem militum S. Georgij ab Alexandro VI. Papa, & Maximiliano Imp. aduersus Turcas itidem institutum, Cruce aurea cù corona in circulo aureo pro insigni attributa.

*Equitum  
 S. Georgij  
 insignia  
 Crux au-  
 rea.*

**ORDINES E Q V I T U M**  
*a Summis Pontificibus  
 instituti.*

**S**VMMI Pontifices, quorum auctoritate cæteri toto orbe Christiano ordines militares erecti, varia Equestrium virorum collegia instituerunt: quæ hisce fere titulis celebrantur: ut pote Equites Christi, S. Spiritus, Sancti Petri, S. Pauli, S. Georgij, Pij, Laurentiani, S. Antonij, Iulij, Lilij, & id genus alij; viri aut de Ecclesia, aut alij & Lilij. Republica Christiana bene meritis, & quos in album suum cooptatos, Pontifices annuo censu soleant honorare, & Crucis insignibus colore distinctis condecorare.



**C**Hristi Equites Crucem rubram, Equites Christi, qualem in Lusitania eiusdem nominis Equites ferè gerunt, limbo aureo inclusam, præferentes, à Ioanne XXII. institutos memorant Franciscus Tarapha, & Ioannes Cofetius in

in priuilegiorum mendicantium collectione.

**E quite S. Spiritus et in Roma et in Saxia.** Lib. 13. c. 3. Equites S. Petri. Equites S. Spiritus in Saxia qui quidem Equites sanctissimi spiritus in Saxia ijdem sunt, qui supra, illa enim regio, iuxta Tyberim, vbi ædificatum est monstruosa pietatis Hospitalie nedum infantulis expositis, sed & vulneratis, & febricitantibus summa munificencia paratum, saxia appellatur. Hi Equites gladio non sunt insigniti, sed cruce, ex albo, lineaq. panno duabus transversis in hanc formam.



Fabrefacta signantur, appellant urq; Fratres: & quatuor vota emittunt Paupertatis, obedientiæ Castitatis, & infinitis inferuendi. Unicum Magnum Commendatorem supremum habent, qui Perceptor appellatur, plures tamen Commendastum in Italia, tum extra habent.

Ponit, de quo & Nauarrus de regul. consil. 70. Anno 1520. I eo X. instituit collegium militum S. Petri aduersus Turcas, communes Christiani nominis hostes, vti Alfonsus Ciaconius in Pontificum & Cardinalium historia cōmemorat: quod idem fecisse seu cōfirmasse traditur Paulus III.

Et Poncetum quendam post varias peregrinationes ad urbem venientem, à Pontifice S. Petri torque do-

natum, tradit Aug. Thuanus: & Franc. Schottus S. Petri & S. Pauli equites in itinerario suo Italiam re- censem. Paulus vero Merula Cosmographus CCCC. S. Petri Commissaries: S. Pauli CC in Familia Pontificis degentes enumerat.

De quibus & nobis amplam fidem fecit, Gentilis noster Petrus Gerardi, militiarum sive Vigiliarum Antuerpiensium summus Praefclus, vir longinquis peregrinationibus & continuo pro patria laboribus exantatus, clarissimus; cuius etiamnum fiam Aegidium, non semel Consulatu functum Reip. Clavum fortiter, tenere magno suo bono Antuerpienses fatentur, sentiuntque.

S. Georgij Equites ab Alexander VI. institutos narrat Bernardus Luceburgius, in libro de armorum militarium mysterijs; sed & Paulus III. alias Equites S. Georgij creauit, vt in ipsis Bulla sub Dati Romæ... holq. Rauennæ residere volebat, & ab ijs Adriatici Maris littus illud custodiri destinauerat, sed ordo alterius non processit quibus Crucem auream cum corona in circulo auro pro tessera attribuit.

Pius I V. P M. Equitum sodali- tium, Pij appellatorum anno 1560. inchoauit; adeoque censu opimo do-

Equites S. Georgij & eorum in- signia.

Equites  
Pij.

tavit: & Urbem domicilio attribuit. Numerus primū 375. Equites habuit, ad 535. deinceps auctus teste Ciaconio. Qui ferè cū seculares sint, primò equites aurati à Pontifice creari solent, nonnulli etiam Comites palatij Lateranensis, cum potestate creandi doctores in omnibus facultatibus, & notarios publicos, legitimandi spuriros & alia pro arbitrio statuendi. Insigni item Apostolicę sedis priuilegio caustum, quo Pios istos Equites aliorum quorumcūque Principum equites, nominatim Imperiales, & S. Ioannis, sive Melitenses, præcedere volunt. Suntque iij domestici familiaries seu Papæ, vt vocant commentales, rig. milit-

Petrus Ben- lojus in O-

rig. milit-

Equites  
S. Pauli.  
pars. 2.

L fertur,

fertur , cum cæteris Principum legatis , gestare tenentur .

**Equites Lauretani.** Xystus V. qui Lauretanam D. Virginis celeberrimam ciuitatem , in Epilcopalem ; & Ecclesiam in cathedralem erexit , ducentorum Lauretanorum equitum ordinem instituit , anno 1586. Pontificatus sui quarto , cui postmodum , vti tradit Alfonsum Ciaconius , alias sexaginta adiecit .

Est & aliud Romana in urbe genus Equitum S. Antonij appellatorum , qui plerumque sunt natione Galli , & quamvis gladio minimè accingantur , Equitum tamen numero cententur , crucemque cæruleam in chlamyde , quam commissam vocat Lipsius , quæ forma ex amulsum est in T. littera , vi. oque ore omnes cum. cruce componunt , præferunt .

**Tertull.** Adstruunt etiam picturæ , in quibus passim hodie videas D. Antonij vetutissimi monachi penulae , & manuī assui , aut imponi hanc crucem . An quia Ægyptius ille vir ? quibus iam olim notum & inter sacra hoc signum . Certe in obeliscis , qui inde Romanæ vesti , sculptum sic vidisse se testatur Lipsius : cum anulo tamen , vel ansula iuperne , nec satis solide se scire , ad quam rem aut ylum . In penula autem & veste monachorum Crux , imò & cruces fuere , si recte capimus Nicephorūm Gregoram ; qui sic de Andronico Imperatore monacho nouello : superne rubrum præstulit diuina crucis signum , inferne nigrum . Duas diuersi coloris cruces videtur dicere , nisi tamecum vnam intelligit sic distinctam . Quod manu autem tulerint , hodieque in Aethiopibus siue

Abyssinis ille mos , vt auctor Damianus à Goes in illorum rebus Et Ioannes Metellus in suo speculo orbis terrarum , adstruit , Aethiopes seu Abyssinos , qui Presbyteri Ioannis ( vt vocant ) imperium agnoscunt ; haberet religionem militarem , quæ sub protectione est Sancti Antonij . Ei vnusquisque nobilitate clarus paterfamilias , ex tribus vnum filium , excepto primogenito destinare potest . Ex his feliguntur XI . Equitum millia , qui Regi excubant . Finis huius Religiosi est Imperij fines defendere & stereque hostibus fidei , Ioannes item Azorius , vbi de Militibus agit , meminit Equitum Sancti Antonij Vietnamis , in Gallia , & extra Galliam .

Sed de præcipua ipsa nota crucis , dignū aliquid nota Ecclesiasticæ & nostræ historiæ prodiderunt . Ruffinus , Signum hoc Dominicae crucis inter illas , quas dicunt ieraticas id est , sacerdotes litteras habere Ægyptij dicuntur , vident unum ex ijs , que apud illos sunt litterarum Elementis , cuius littera seu vocabuli hanc afferunt esse interpretationem VI A VENTURA . Quam & significacionem dat Sozomenus & idem Suidas . Atqui & à lingua argumentum petit Lipsius , sed nostra , quod Belgæ hodie bacillos , in hanc formam , quos agrorum brachijs sustentaculum subiuncimus , vident ipsa Latina voce Crucas , & litteram & Crucem T. nonib[us] repræsentant . De insigniis vero militariibus quæ Pontifices Maximini Principibus deferrere consueuerunt , adiundus Stephanus Pighius .

**Equites S. Antonij in Aethiopia.**

Lib. 1. cap. 2.

Lib. 2. cap. 29.

Lib. 7. Eccl. his. cap. 5.

Li. 1 c. 26. de Cruce.



ORDO CAVCIS BVRGVNDICÆ  
in Regno Thunetano.

**C**arolus V. immortalis gloriæ Imperator, & omnium retro Principum, qui virtutis via ad imperium contendere, exemplar lucidissimum: Cum memorabili illa expeditione Africana, regnum Tunetanum Muleaffis imperio expulso Hariadeno Ahenobarbo restituissest; paludamentum, quo Tunetem victoriæ pompa ingressus est, Burgundicam Crucem (ea enim iubellis vñus; aut

fascia punicei coloris decussata, quod & Burgundicæ domus insigne contra Saxonem dimicaturus gesit) forte referebat. Quo insigni, ut erat animo regio, qui beneficijs, de quocunque hominum genere bene mereri studeret: primariosquosque proceres virtutibus non minus quam gentilitijs imaginibus clarissimos, ob præclaram de barbaris partam victoriam donauit ipso B. Magdalena sacro die,

L 2 anno

**Tessera E-** anno 1535. hora diei decima, Mercurij nempe, ut à curiosis obseruatum tradunt. Cuius scilicet planetæ figura in equestri illa tessera ab una parte expressa conspiciebatur; ab altera v. dicta Crux Burgundica, adiuncta chalybi ignario, scintillas ex silice extundente, & inscriptione **Barbaria**. Quo nomine vulgo nuncupatur omnis illa ditio, qua regnum Tunetanum (eo enim Cherisij potentissimi utriusque Mauritaniae, Maroci, & Fessæ, expulsis Merinenibus postea potiti sunt) continetur.

Testimonium utique eximium nunquam interitur & gloria, quod tam fortium virorum opera nationes illas barbaras subiecisset. Quod vero de Crucis Burgundica, quam & Andreana, vocamus, ex duobus baculis decussatis coniunctis dicitur, non dubium est, id esse vetus signum Crucis Sancti Andreæ, quem gens Burgundica patronum colit; & cuius se clientem hac tessera profiteatur. Qua & usum ferant Ioannem Intrepidum, qui Ambianum vocatus, à patruo Biturigum, ac nepote Andium Duce, bellum ciuile inter Aurelianenses, & Burgundicos sospire conantibus; supra forum, vbi diuertebatur, limen superum, in modum Burgundicæ Crucis, duas collocari iussit transuersas hastas: hanc ferrea acie rigentem; alteram obtusa cuspidem innoxiam; significans bellum, pacemque se proponere; eligerent, quod liberet. Quod idem Crucis symbolum Ioannem in Franciam reversum prætulisse passim testatur Petrus Matthæus.

Carolus item pugnax Ludouici XI. lib. 1. Crucem Burgundicam in armis ferre, adeoque signa sua in Eburones sequi coegerit. Sed cur baculis decussatis positis, & truncatis, vt vocant, ramis, Crucem hanc exprimant Principes; non aurem lignis dolatis, è qualibus Crucis fieri solite. Credit id factum, postquam Duces Burgundia, cœperunt esse Barbantæ Duces, ac per hosce baculos significare voluisse,

se succedere veteribus illis Carolo Magno. Pipinis, ac alijs Franci stemmati principibus, quorum in Landen, in Herstal, & a principio in Stockheim genus floruit. Alij, quos audire memini, & videbantur loqui ex antiquarijs, incrementum hoc cœpisse autumant, tum demum, quando stemma Austriacum est vnitum Burgundico. Verum enim cognomen familie Maximiliani & maiorum eius fuisse *Van den Stock*, vt antiqua diplomata ab ijs signata prætentunt.

Truncatos autem & è lauro sèpius fuisse hos baculos cum erumpentibus flammis (quod ijs inter se collisi, teste Plinio, ignem reddere soleant) docent tabulae patrui mei Petri mennens Equitis Sancti Sepulchri; qui victricia Caroli V. arma, non minus cum vêtis quam barbaris iphis conflictata secutus, Tunetanæ, & Algerianæ expeditioni interfuit. Quo factum, vt Imper. eidem ob egregia in Burgundicum nomen merita, natae fortiter operæ præmium, ad genitilia maiorum insignia (qua sunt decem cubi, seu scaci argentei, nigrique alternatim variati, & caput caninum in galea eiusdem coloris) in inferiori scuti parte aurea Crucis Burgundicam, sive Sancti Andreae (diplomaticis verba sunt) viridis coloris truncatis, seu mutatis virvique ramis deferendam, & posteris transmittendant dederit, alijisque militaribus donis ornauerit. Quod vero ad ignitabulum accinet, referunt id ad Philippi Boni parentem, ipsumque Philippum Aurei Velleris baltheo decorando. idem postea adsumpsisse. Petrus item Matthæus in historia Ludouici Undecimi dicit spolia, seu vexilla, quæ infelici illa Caroli Audacis ad Nantesum pugna, in eius Regis manus deuenere, ignario ad duos stipites adfixo fuisse notata. In nonnullis autem Burgundicorum gentilium ditioribus publicè videre est emblemata sive symbola aulæis, aut ædium sacrarum fenestrarum vitreis expressa. vbi

**Laurent.**  
**Cuper.** in  
reb. Belg.  
**Cloud.** Pa  
radinis in  
symbolis  
heroiciss.

Insignia  
gentilicia  
Mennen  
sorum an  
cta à Cæ  
rolo V.

Pont. Hen  
terus in  
eius vita:

In historia  
Ludouici  
Xl. lib. 1.

Lib. 7.

signorum

signorum loco sunt aliquot silices igniarum, & cardui siue alterius pungentis herbae ramuli cum apophitegmate, *Nul ne sy frotte*, quasi dicerent, & illud Regum Scotorum, de Cardui symbolo: *Nemo me impune laecessit*, aut *susline*, & *abline*: Estque penes me antiquum à quodam Burgundico-procere de Nobilitate, & gentilicijs insignibus conscriptum autographum, dicto emblemate. *Nul ne sy frotte* signatum. Et *Ob de Bourg. ne*, & iterum *Nul ne Lapproche. de Bourg. ne* in fine libri subscriptum. Videatur itaque antiquitus solis silicibus igniarum symbolum Burgundicum constitisse, minax. & cladis indicium, si quis impeteret Burgundos: posteaque addita fuist feramenta chalybea ignaria, maioris etiam terroris, ac perniciei signifcandæ gratia; ne chalybea quidem domandum silicem, si affricetur; sed ignem eruptum qui vicina inuadat; verum id armorum regibus, quorum id munus, discutiendum reliquo. Ad sacra enim potius referendum existimant. Vt enim diuinus ille genius, petram, cui sacrificium Gedeonis impositum era, virgula sua percutiens, ignemque eliciens, holocaustum confunditari fecit; eodem prorsus diuini cultu amore, & auite contra hostes tuendæ religiois, nec non eximiæ in patriam caritatis zelo Principes Burgundicos duci debere testatus est Philippus Bonnus; cum ferrum illud, & pe- tram saxeam, cum velle re Gedeonis, integræ sci- lice Virginis matris symbolo; ordini suo militari decoran- do attri- buit.

## ORDO EQVITVM

*Sancti Stephani in Etruria.*



C Olfmus Medicæus Florentinus Dux ingentis animi, & profundæ prudentiæ princeps, qui potentissimi tota hodie *italia* imperij in ea familia confirmati, fundamenta iecit. Cum rebus suis firmans, & Seharum urbi, superiorum temporum in curia, ac belli recentis ruinis deformatae, curam non segnem impendisset: eodem ferè tempore, quo ordo Liuonicus extinctus est, vt felicis ad Marcianum prælij, quod eius fortunas, oppressis etiam libertatis vindictibus, veluti in Etruria fudauit, memoriam renouaret: & eadem opera littus Tyrrenum à Turcorum, & pyratarum excursionibus tueretur, classemque ad expeditiones cōtra Mahumetanos suscipiendas, non solum rebus necessarijs, sed & hominibus, rei maritimæ gnaris optimè instructam haberet, ad imitationem, inquam, Hierosolymitanij ordinis, anno 1560. Militiam S. Stephani Pontificis, & martyris, quod pugna Marciana III. Non. Sextilis, qui dies ei sacer est, incidisset statutis, ac legibus (que à Francisco Sansouino recitantur) cōditis instituit ut à Pio IV. confirmaret, impetravit, qui & complura pri- uilegia militaris illius collegij sodi- lib. indulxit, diplomate ea de re Noi. not. Quin-

Aldus Ma-  
nut. in vi-  
ta Cosmi.

Hier. Bar-  
dus Chro-

Quintilis condito. Atque inter alia ut milites cōiugati, ac etiam digami penses annuas usque ad C ducatorum summam ex fæceroctoij percipere, atque ad alias sacras personas trâsferre: Item ut de bonis tam fundi, quam mobilibus quomodo, & vnde cumq[ue] quæstis libere testari, etiam inter spurios, & illegitimos filios posse, quarta eorum ordinis seruata. Huius militia sibi, ac successoribus ducibus, principatu sumpsit Cosmus, cum potestate legibus a se conditis, addendi, detrahendi, abrogandi, & interpretandi: qua ipse, & filij eius postea usi sunt, templumque Equitibus, ac domicilium Pisis attribuit. Pro in-

signi autem gestant Crucem rubram *Insignia* Rhodienfum Cruci neuriquam diffi- *Equestrum* milem, at prætexta aurea ornatam, *S. stephani* Sunq[ue] inter eos vti. & apud Meli- *duplicia.* tenses, & Hispanæ milites Spatife- ros, præter Equites, etiam sacerdozes, itemque Seruientes, ut nuncupant, & Donati, aliquo tamen discrimine, Donati enim non quadri membra; sed trimembra præserunt rucem, superiore stipite sublato. Melitensis ferè instituta sequuntur, et si viuunt ex præscripto regulæ Sancti Benediceti, quod addit Paulus Morisus, & à matrimonio non arceantur, castitatem nempe coniugalem solummodo profitentes.

### ORDO E Q V I T U M S. S P I R I T U S.



T Redecim Francorum Reges Christianissima protulit Val- lessorum familia, nec non ante nouum assumptum cognomen trecentis continuis annis Gallici imperij habens felicissime moderata est,

ac per secundum, tertium, ac quartum natu filios, Andium nimirum proceres, quorum virtus, & ingenium ad imperia natum videbatur, gubernacula regni Angliae, Siciliae, Neapolis, ac Hungariae diutissime tenuit. Ab eo

eo denique tempore, quo Hugo Capetus eius generis cōsiderator, regio insigni potius est, nullam Capetici sanguinis familiam tamdiu varijs nationib[us] quam Valesiorum praeuisse comiperimus. Quod nomen non fuit ex primaria affignatione, cum hac stirpe communicatis: sed praecipuum fuit nomine eius Aurelianense: Sic & Ludouicus XII. Franciscus t. & posteri Valesiorum cognomen tenuerunt. Post Sanctum enim Ludouicum, Principum Fracorum minores natu filios, aut ex regnis & dominiis accedentibus, aut ex legibus matrimonij, varia sibi usurpatæ cognomina, varijsq; inde dimanasse stirpes, tradunt. Gallici annales. Eæ ferè lunt; Borbonia, Valesia, Eboracensis, Alenconia, Andia, Burundica Bituricensis Aurelianensis, ex qua processit Comitū Angolismorum progenies; quibus omnibus extintis, translatea in Valesia familiā regni successione, Deus Henricū III. Valesium postremū supereffe voluit, qui nouis auspicijs imperium ad Borboniam feliciter hodie regnante, transmitteret, aeternumq; pietatis Christianæ, & Regiae magnitudinis monumentū, postteriātati relinquēt. Is. h. tot palmarum Imperator, tot reb[us] gestis clarissimus, relectis omnibus cōpetitorib[us], ad Poloniū regnū potissimum, ipso die, quo in Apostolos sacrū flāmē cōculo ignescētib[us], linguis dilapsū est (& quo eunde natum ferunt) honorificè vocatus. Eodēq; rursus anni in sequentis festo, quo & Carolus IX frater humānis exemplus est, Gallico imperio auctus, obsolescente cōchyliato ordine, ob cōmunicatum promiscue indignis hominib[us] nouū Equitū collegium à se institutū, ac nomine S. Spiritus (cuius numini oēs actiones, & consilia, fortunatissimis, & gloriostissimis aucta successib[us] referebat) nuncupatū, solemnī iustificatione prid. kal. Ian. cēlebravit Parisijs, in Basilica Augustinianorū Eremitarū morisq; inde recepti est ut inaugurationis initiu ducatur ultima die anni desinens, à perugilis serotinis in dicto cōenobio; altera, quæ an-

num renouat, inaugratio peragatur: Cuius forma digna, quæ hic suis, cōceptisq; verbis referatur. Ordo (præfatur Rex summus Magister) hoc te paludamento sui fraterni contubernij inuenit ad propagandę, & columen fidei orthodoxa, & Catholica Religionis (exinde torquem ceruici imponens) Manu regia, nostra militia tesseram acceperit sacramenta torquem, si tibi in iugis memoria seruatori Christi passio, eiusus symbolum crucem, vestib[us] inueniāt tibi precipimus, annuat Christus ne quā fidem vestis, & sacramento oppignerat fallas, se secus feceris, ex albo militia expeditis indicatis decretis ordinis p[ro]tas experieris. Centenario numero absolutum collegiū in eo cōprehensis, Rege ordinis principe, IV. Cardinalibus, IV. Antitribus Ecclesiasticis; magno Eleemosynario, Cācellario, Praefecto ceremoniarum, Magno Thesaurario, Graphario, Feziali, Ostiario, Commendatorū nomine dicti Equites, quod ab initio cōstituisset Rex ex optimoribus cōnobio, detractis amplissimis Vectigalibus, commendatas ad Hispaniensium exemplum cōrāte, consilio ante quadriennium a Cardinali Lotaringo statutum atq; in regnum venit sumpto quo mortuo, Rex apud Pontificem crebro per oratores suos egit, vt cōenobiorū bona, cōmendis illis, auctoritate sua interposita, attribui pateretur, nā eum ordine ad Religionis Catholicæ Apostolicæ Romanæ amplificationem, & sectari, veneni extirpationem institutum esse: idque cōquitum præcipuum iusserāndum esse. Quod cum reclinante sacro ordine impetrare non potuisset, nomen nihilominus manis. Equites, S. Spiritus Commendatores, statutis (quæ in vnum volumen à Barbara Brissonio Parlamenti Lugdunensis præside congregata sunt) Decembri proximo promulgatis, appellati sit; ut ex eo quid Regi ab initio consilij fuerit, posteris cōstet, videantq; qui post nos erūt; ne, quod ab ipso tunc frustrate t[em]p[or]e, t[em]p[or]um est, sub successionibus eius exitum aliquando fortiatur. Singulis porrò Equitibus pallium nigrum ho-

Natalis Co  
mes li. His.  
30. p. 634.

1573.

1574.

1579.


lole-

Torques aureus E-  
quitum s.  
spiritus.

losericum, lilio rum floribus flammis,  
alijsque ex auro, & argento heroicis  
notis interrex tū attribuit, & torquem  
aureum ex lilijs, flamarum conge-  
rie circundaris (quibus Henricus IV.  
cassides aliaq; victoriarum trophæa  
addidit) tribusque diversis matheo eos  
signis elaboratum; cuique Melitensis  
formæ Crux, columbam præferens,  
adhæreret, inaugurationis solemnni  
die vestandam adiunxit. Cæteris ve-  
rò ferijs, lutei, seu crocei coloris  
Crucem holosericam vestibus adsu-  
tam: in bello verò argenteam:

alia insuper collo innixa penfili cæ-  
rulea fascia. Quæ omnia ea mode-  
signia in  
ratione princeps instituit, ut anti-  
qua D. Michaelis solemnia è fastis  
non eraderet: nam etiamnum torqui  
militæ sacri pneumatis adduntur.  
Et qui vtriusque militæ candidati  
existunt, ex uno latere conchyliam  
cam tesleram, ex altero vero colum-  
bam prætendunt: atque in Rituali  
Henricianæ institutionis indictum,  
ve postridè quam torques maior sa-  
cri fluminis imponatur, D. Michaelis  
minor suscipiatur.

**ORDO EQVITVM SACROSANCTI SANGVINIS**  
*Redemptoris Iesu Christi apud Mantuanos.*



**V**incētius Gonzaga Mantua IV.  
 & Mōtisferrati II. Dux, nequid  
 additionis Mantuanæ antiqui-  
 tatem ac venustatē, deesset, in nuptijs  
 filij sui Francisci, cum Margarita Sa-  
 bauda, Caroli Emanuelis & Cathari-  
 nae Austriacæ Sabauidæ Ducum filia  
 anno CIO. IOCVIII. celebratis, Rel-  
 igioni orthodoxæ in primis tuendæ  
 ac propagandæ, illustre viginti Equi-  
 tum collegium Paulo V. Pont. Max.  
 ad probante instituit. In honorem, in  
 quæ sacrosancti Sanguinis Redempto-  
 ris nostri Iesu Christi, cuius guttulæ  
 aliquot à \* S Longino Centurione &  
 martyre ut traditur collectæ, Mantua  
 in D. Andreæ basilica cum parte Spō-  
 giæ Dominicæ, eiusdemque Apostoli  
 reliquijs, magna religione adseruan-  
 tur. Harum enim guttularum numero  
 ternario expressarum notas cum in-  
 scriptione : NIHIL ISTO TRISTE  
 RECEPTO, ordinis tesseram consti-  
 tuit. In temeratū scilicet Redemptio-  
 nis humanae pretium, baltheoq; ex te-  
 lis aut virgulisi aureis, valido ligamine  
 connexis, igniq; super impositis alter-  
 natim interrante sententia, ex Psalmo  
 Dauidico LX. desumpta, Domine pro-  
 basisti, adiunxit: Quo quidem nobilissi-  
 mo symbolo, infractum reb. aduersis  
 animum, fidem, concordiam inui-  
 labiliter seruandam commilitonibus  
 proposuit, iuxta illud Ouidij :

Scilicet ut fuluum spectatur in ignibus  
 aurum;

Tempore sic duro est inspicienda fides.

Balthem illum euestrem ipse Vin-  
 centius Dux, filio Ferdinando S.R.E.  
 Cardinale tradante, in palatijs facello,  
 festo Pentecostes die, primus accepit,  
 & vetutis Gentis Gonzagæ insigni-  
 bus (que Sigismundus IV. Imp. cum  
 Ioannen Franciscum primum Man-  
 tuae Marchionem in D. Petri foro suo  
 ipse ore X. Kal. Octobris 1433. pro-  
 nuntiaslet, quatuor aquilinis pullis  
 nigris, candido in clypeo, ad crucem  
 rubram, hinc inde sparsis exornauit )  
 rei & magnitudini posteris testandæ  
 gratia adiuci voluit. Idem Cardinalis

Insignia  
 Gonzaga-  
 tium.

suum ordinis eius Principem renun-  
 tiavit. Estque is honos ad successores  
 vna cum imperio æternum transstu-  
 rus. Dux porrò sacriss solenni ritu pe-  
 ractis, in D. Andreæ Basilica Fran-  
 ciscum filium natu maiorem, & felici-  
 terque hodie imperantem, & viros  
 insuper quatuordecim nobilissimos  
 equestris suo collegio adscriptis, sin-  
 gulosq; torque aureo, quem ordinis  
 dixi tesseram, donauit. Horum nomi-  
 na ne posteritas ignoret, liceat ex Fride-  
 ricu Follini triumphis. Italico ser-  
 mone conscriptis, & ex Originibus  
 Equestribus Auberti Miræ viri scrip-  
 tis & legationibus pro Rep. Chri-  
 stiana suscepit, clarissimi adtexere,  
 apud quos ista serie recensentur.

*Iulius Casar Gonzaga, S.R.I. & Bo-  
 soli Princeps, Gonzagæ atque Ostia-  
 ni Marchio, idemq; Pomponesci Co-  
 mes.*

*Andreas Gonzaga, S.R.I. Princeps.*

*Guilielmus Adornius, Marchio Pál-  
 lauicini & Comes Silvani.*

*Iordanus Gonzaga Marchio, S.R.I.  
 Princeps & Vescouati toparcha.*

*Guido San Georgius Volpiani Mar-  
 chio & Foglici Comes.*

*Alexander Bevilacqua Comes.*

*Carolus Rossus generalis militiae in  
 ditione Mantuana Praefectus.*

*Galeatus Comes Canossa, & Mar-  
 chio Cagliani.*

*Fridericus Gonzaga Marchio & S.  
 R.I. Princeps.*

*Franciscus Brembatus Comes.*

*Guilielmus Martinengus, Comes &  
 nobilis Venetus.*

*Latinus Vrsinus Dux.*

*Pyrrhus Maria Gonzaga Marchio S.  
 R.I. Princeps & Vescouati toparcha.*

*Ludovicus Gonzaga, Palazoli Mar-  
 chio.*

Cæterum ordinis huius Equestris  
 Cancellerius perpetuus est, qui Ca-  
 nonicorum S. Andreæ collegio præ-  
 est, vulgo Primicerium vocant. Eius-  
 dem sodalitij Secretarius primus de-  
 signatus est, N. & Cl. vir Annibal  
 Ibertus Serenissimo Mantuae Duci à  
 Consilijs.

O R D O E Q V I T V M  
Militiae Christianæ sub titulo  
Beatae Mariae Virg. Matris Dei  
& Sancti Michaelis Archangel.



**A**nno Domini 1618. Carolus Gonzaga Dux Niuerensis, Adolph Comes ab Althan Germanus, & tres fratres de Petrignanis de Hyssillo Italix quorum nomine unus oannes Baptista Olmutij Morauia Conuenere, & Matthia Cesaris permisu ordinem hunc meret laicalem instituere conuenerunt, & quasi triumueratu facto t es districetus formarunt assignando vnitim Niuerensi Duci septentrionalem, siue occidentalem; Comiti ab Althan Orietallem; & Petrignanis vnicam personam effingentibus meridionalem districatum, crucemq; cœrulei coloris, radijsq; aureis ornatam & in eius medio hinc Beatam Mariam Virginem inde Sanctum Michaelem representantem auro plenam, & miro ordine fabrefactam portundam staruere; Inde Viennæ Capitula talis Ordinis Mensa Martio Anni 1619. publicarent, & donec in capitulo generali proxim celebmando Magnus Magister eligeretur, tribus illis Instituto ribus totius ordinis tripartitum clavum cessere. Maxima nobilium Virorum Cohors, & frequentia ad ipsos vndiq; concurrebat, vnde gloriofissimus ordo sperari poterat. At zizanniæ ille superseminator hostis nescio quo ti-

tulo discordias grauis inter fundato res, sive Institutores interposuit, quo factum fuit, vt tanti incæpti cursus retardatus sit, vel maxima ex parte.

E Q V I T E S A P V D T V R C A S  
& Indos.

**E**Vit apud Turcas & barbaros receptum Militaris honoris auctoramentum: quo titulo Se ymus II. Turcarum Imp. Gentilem Bellinum, ob insignem in arte pingendi excellentiam Constantinopolim euocatum, in Equestrem ordinem cooptauit, & insigni torquis aurei donauit. Verum an Christianus ab infidei creatus eques pro legitimo haberi debeat in dubium reuocare videtur Franciscus Sansouinus.

Principes certè Christiani, infideles Equestris honore haud dediti nisi fuere; certumq; se auctorem compri se adfirmat Hiero. Curita, qui pro liderit Bernardum Porterium acobi 14. Aragoniæ Regis legatum, missarum solennib. Alexandriae celebratis. Babylonie Soldani filium, patris rogatu, militari cinctum auctoramento, Regis Aragoniæ nomine decorasse.

Sic Ferdinandus cognomento Sanctus, Mahometem expeditionis contra Hispanim suscepit comitem, capti, urbe & equitem creauit & insignibus Castellæ cum duobus serpentum capitibus donauit, quæ Granatae Reges deinceps seruarunt, cum antea claves cyaneas in scuto argenteo, Reges Andalusiæ pro insignibus gestarent: ea que significabant se Gadium. & tractus maritimi potententes, quasi claves propagandi, per occasum impri rij in potestate habere. Claudius etiæ Faucetus in originibus suis Gallicis, citat librum cœremoniarum, quibus Hugo-Taborius Eques regni Hierosolymitani vsus traditur, cum Saladinum Aegypti Soldanum, decus militare expertem, equestris cingulo adornaret.

In originibus Equestribus.

L. 2 Re tu Aragon.

Anton. Beuter. li. 2. c. 43.

Insignia Regi Gra nat.

Ann. 1200 Claudio Faucetus de Equiti bus.

*Equites Te  
cuy es in  
India Oc-  
cidentali.* In Americano noui orbis tractu, qui noue Hispanie nomine indigitatur, *Tecuylorum Equitum militium*, in honore habitam tradunt *Rerum Indicarum* Icriptores, & inauguracionis solemnia a m. gao Sacerdote celebriari solet, eo fere ritu; ut Sacerdos tyroni nares tygridis osse, & aquilæ rostro acutissimo perforaret, quo tygridū & aquilarū ioftar ferocia & fortitudine in belis antefare doceretur.


*Equites Au-  
riculares  
valgo Ori-  
nes dicti in  
regno Peru* In regno Peruuiano Equites sunt vulgo *Oreones*, quos Auriculares diccas, appellati: & quos ex primarijs Regiæ stirpis satrapis (*Iuges vocant*) eligere ius erat. Apud hos tenerimmo aurium partes perforatas & bacilli s, siue annulis aureis ornatae, praetendere, lumen habebatur equestris dignitatis ornamentum. Vti & apud Europæos aurum in auribus gestare, nobilitatis decora sunt. Adeo ut & ipsi Hitpani nobiles, quos alti sanguinis stemma non decoraret, stigma,

istud auriculare, & notam equestram non recularant: qualiscepta, aliud nomen etiam assumere solebant. Quæ omnia fuius apud Hieron. Romanum in Repub. mundi reperiens.

Nec mirum apud Barbaros illos eumodi stigmatum vestigium extitisse, cum & apud christianos dudu in viu fuerit, ut recte notat Lipsius in Militia sua Romana & Philippus Leydensis Cosiliarius Guilielmi Comitis Hollandie, in Reipub cura, & sorte Principatus, ubi ait. *Quarto stigma-  
ta id est nota publica, imponitur brachijis  
istorum militum, ut ab alijs cognoscantur.* C. de Fabri. 3 lib. 11. Et sic quasi conueniunt in hoc cum spiritualibus militibus qui in capite signantur ad differentiam laicorum. D. Augustinus epist. 1. appellat Regium hunc characterem, & Chrysostomus Homilia 3. in 2. ad Corinth. *sicut militibus signaculum,  
ita a fidelibus spiritus imponitur, & si or-  
dinem deserueris notus omnibus sis,*

Li. 1. dial. 9





# STATVTA, ET LEGES A CAROLO MAGNO IMP.

Ludouico VI. Philippo Sapiente, Ludouico Sancto, Franciae Regibus, & Godefredo Buillonio, Summis Ordinis, Equestris Sanctissimi Sepulchri D. N. Iesu Christi Principibus, ac Magistris latæ, quæ etiamnum in Archiis eiusdem Ordinis Ierosolymitana in vrbe adseruantur.

## A R T. I.

**I**n nomine, & honorem Dei Patris, Filij, & Spiritus sancti: Beati reque Virginis Maria eius matris: Angelorum, & Archangelorum, Patriarcharum, & Prophatarum Dei, Apostolorum, Euangelistarum sanctorum, Discipularum, & omnium sanctorum, & sanctarum, & Spirituum omnium ecclesie curia.

Art. 2.

**S**it notum, & cui denter pateat omnibus excellentissimis, & illustrissimis Principibus, nobilibus, militibus, & populo Christiano, anno ab Incarnatione Domini Nostri Iesu Christi, millesimo nonagesimo nono. Quod illustrissimi invincibilis, & Serenissimi Principes Sanctus Carolus Magnus Imperator & Rex totius Francie, Ludouicus Sextus sapiens, dictus Pius, Philippus dictus sapiens ma-

gnanimus & conquerens. Sanctissimus atque magnanimus Ludouicus. Preses Godefredus de Buillon, ac alij magnanimi Principes. & Reges Christiani: assecura per eos in eorum Imperio, & regno corona, sponte Deo voverunt, ac promiserunt se, & eorum bona atque personas exponere ad militandum. & bellum gerendum ultra mare pro subiuganda & destruenda peruersa, & tyrannica natione Sarracenorum Infidelium, & eorum potestatisibus & autoritatibus. Regnum Hierosolymitanum eiusq[ue] terras, & dominia à dictis infidelibus occupata subiiciendo, pro viribus fidem Christianam augendo. Statum Ecclesie Catholicae, Apostolica, & aliarum Christianarum Ecclesiarum ab omnibus vexationibus, & oppressionibus tuendo & defendendo, in eorum protectione & tuinone prelatos eiusdem Ecclesie, Pauperes, orphanos, viduas, & ceteros Christianos contra quoscumque inimicos eorumdem ponendo.

Art. 3.

## Art. 3.

**S**it etiam notum quod nos suprnominiati circa premissa vota nostra adimplerimus. Nostrisque diligentijs. & cura. Deo inspirante, regnum Hierosolymitanum, partesq; sarracenorum adepi fuimus, ei circa illos victorias laudabiles obtinuimus, dictamq; fidem christianam duximus. Propterea nomen christianissimi Principis iusti nobis impostum fuerit, & merito ab alijs Principibus, & populo christiano datum. Cum feliciter in regnum nostrum Francie terrasq; & dominia ad nos spectantia reuersi sumus, etiā omnia alia regna Principibus christianis nobis amicissimis in nobis subueniendo tam suis diutijis, quam hominibus, tandem possemus adimplere vota nostra, & que iam audum incepseramus. Propterea, ut ipsa ratio docet, habuerūt par tem honoris prout nos ipsi habuimus.

## Art. 4.

**I**n super in honorem Passionis domini nostri Iesu Christi, atq; reverentiam quam nos debemus sanctissimo Papa sedi Apostolicae, atq; obedientiam Vicarijs Dei in hoc mundo, atq; etiam Episcopis de magna ciuitate Roma humiliiter recepimus sanctissimas cruces quibus nos signaverunt, atque milites nostros in honore quinque plagarum domini nostri Iesu Christi, vi eo magis essemus solidati in huiusmodi infideles, ut cognosceremus nos, atq; populum nostrum christianum tam vivum atque mortuum in regionibus infidelium. Insuper inspeximus atq; deliberavimus fundare ordinem sanctissimi Sepulchri, nostre ciuitatis Hierosolimitanae in honorem & reverentiam sanctissime Resurrectionis nostro nominis Christianissimo dignitatem primariam dicti ordinis, adiunximus, & dictas quinque cruces rubeas, easdem etiam in honorem quinque plagarum domino nostro Iesu Christo inflatarum, afferre volumus milites dicti ordinis, quam plurimos creauimus, illosque dictis crucibus, contra dictos infideles insigniuimus, qui fugitiui ob id remanserunt, nec non exercitus resisteret nequiverrunt.

## Art. 5.

**E**t ut dicti milites, & alij ceteri homines bellici veagium in dictu regnum Hierosolymitanum facere volentes, qui in nostro servitio, & exercitu strenuos & magnanimos in prefatos infidelis se se geserunt, & circa premissa in augmentum dictae fidei christiane, & defensionem catholicę Apostolice Ecclesie Romane, & aliarum Ecclesiarum christianarum sauerabiliores, & faciliores reddantur his ut & gaudere posse auctoritatibus, preminentijs priuilegijs & iuribus quibus nostri officiarib; & domestici reuntur, & gaudent, permisimus & permitemus, quodq; non sint tributary, nec de rebus, & mercaturis ab eis transferendis aliquod subsidium soluent nec non ab omnibus oneribus, & subsidijs, aut tributis quibuscumque nobis, quamuis ex causa, seu ratione domicilij, vel alias debitis, seu debendis in partibus & terris nobis subditis, cum equis armis vestimentis, aut alias, prosciendo remanebunt liberi, exempti & immunes animumq; acutent aliorum nostreum subditorum dictum veagium facere, & in eo nos concomitari nostra susceptiones iuuando contra dictos infideles volentium.

## Art. 6.

**V**olumus præterea, & volumus quod qui honorem dictæ militie assequi, ac dicti franchisijs & libertatibus uti & gaudere voluerint dictagis & servititia in gratiam & augmentum dictæ fidei christiane defensionem Romane catholicę & Apostolice Ecclesie, ac aliarum Ecclesiarum christianarum in se suscipiē, dictoq; ordinis adscribantur, & in Ecclesia Domini Sepulchri Hierosolymitani à nobis aut nobis absentibus nostro locum tenenti ibi cruce signabuntur. Postq; certificationibus auctoritate Archiepisc. seu Curati diocesis vel parochie in qua orti fuerint debite expediti, constituerit nobis aut dicto nostro locum tenentii eos esse christianos, catholicos legitimos & non notos nec ullo modo suiss reprobationes, nec aliquo crimine nefario & enormi in iudicio, vel extra diffamatos & notatos.

Quodque

Quodque dicti milites confessi à suis pec-  
catis & absoluti die eorum receptionis in  
dicta militiae sacrosanctum Eucharistia  
Sacramentum à Sacerdote, tunc in dicta  
ecclesia diuini sepulchri officium diuinum  
celebrante accipient: in qua nos, aut no-  
ster locum tenens laures dicti ordinis de-  
corabit, illosque quinque crucibus ob-  
gnabit iuramento per eos, & eorum  
quemlibet de contentis inordinationibus  
dicti ordinis per nos editis & promulgatis  
fideliter obseruandis, & defendendis pre-  
fatio soluta quæ summa triginta scutorum  
coronatorum thesauro dicti sepulchri pro-  
eleemosyna pauperibus peregrinis et alijs  
bellicis hominibus in dictum locum ve-  
nientibus, & ibi indies affluentibus, &  
agreis in hospitibus eiusdem S. Sepul-  
chri urbis Hierosolymitanæ, & sancti  
Ioannis, ac sancti Lazari, iacentes ap-  
plicanda.

## Art. 7.

**Q**uod nostri viatores subditi gaud-  
eant libertatibus & franchisijs la-  
tius in nostra ordinatione de super facta  
& edita declaratis. Summamque quin-  
que scotorum coronatorum dictæ eleemo-  
siae applicandam soluent, et ad obseruan-  
dam dictam ordinationem sese obliga-  
bunt.

## Art. 8.

**V**olumus etiam & volumus quod in  
dicta sancti sepulchri Hierosolymita-  
ni & alijs Ecclesijs per nos ac alios Re-  
ges & Principes hactenus adiscatis & in  
posteriorum adiscandis in dicto regno Fran-  
cie & alibi in eorum terris & dominijs,  
in honorem eiusdem sancti sepulchri &  
devotionem celebrabutur officia diuina,  
modo & forma sequentibus. Scilicet quod  
qualibet die dominica mensis Presbyteros  
Latinos ceremonijs in talibus adhiberi so-  
litis, adhuc, alta una & quinque mis-  
se, voce submissa in honorem & reueren-  
tiam dictarum quinque plagarum domi-  
ni nostri Iesu Christi celebrabuntur.  
Huiusmodi officio, nos, seu nobis: absen-  
tibus locum tenens nostri milites, &  
viatores praefati assistent.

## Art. 9.

**Q**uod dictum noster locum tenens, mi-  
litæ & viatores quotidie missam  
audire, preces & horas sancta Cris-  
cis dicere, & quasdam eleemosynas clari-  
giri tenebuntur.

## Art. 10.

**Q**uod diebus festis annualibus Conce-  
pcionis, Nativitatis, Annuntiatio-  
nis, urificationis, & Assumptionis Bea-  
te Maria Virginis; alta voce verbis Lat-  
inis Missa celebrabuntur, sicutque preces-  
siones, quibus nos, dictisque noster locum  
tenens milites, & viatores assistere, &  
sacrosanctum Eucharistia Sacramentum  
recipere tenebimus. ut Deo acceptabiles  
& grati, contra dictos Infideles securè  
bellum gerere, & eos subiungare possimus.

## Art. 11.

**Q**uod indies Missas celebrari procura-  
bimus, pauperibus eleemosynam  
largiemur: dicti autem milites so-  
lum diebus Veneris cuiuslibet hebdoma-  
dis in honorem passionis domini nostri  
Iesu Christi id fieri procurabunt, horas  
sanctæ crucis dicemus, & sero Vesperas  
mortuorum dici faciemus: Deumq[ue] epu-  
lum pro principibus regibus, & populo  
christiano precabimur, & rogabimus &  
victoriam contra dictos Infideles in gra-  
tiam & augmentum fidei & defensionem  
catholicæ, Apostolice & Romane Ecclesie  
concedere velit & dignetur,

## Art. 12.

**Q**uod nos, dictus noster locum tenens  
& alij milites bellicosi, & viatores  
dicti ordinis temporibus Aduentus Domini  
ni, quadragesime, quartorum temporum  
anni, rogationum, & vigiliarū dictorum  
festorum annualium Beate Maria Virgi-  
nis, in honorem Dei, ac dictæ eius maris  
Maria Virginis & in contemplationem  
penitentia nobis, & populo christiano à  
Deo veniam, & remissionem peccatorum  
nostrorum obtinendam imposita, ac ut ten-  
tationes diaboli evitemus & in dictos in-  
si deles reddamus viatores, reuinabimus.

## Art.

## Art. 13.

**E**X nostra scientia decreuimus. & decernimus, quod die festo sacrosancti Sacramenti, in Ecclesia dicti sancti Sepulchri urbis Hierosolymitanæ tres missæ, scilicet, prima in lingua Soriana, secunda lingua Greca, tertia vero lingua Latina, alia voce officiumque diuinum ceremonijs solitis adhibitiis celebrabuntur. In alijs autem Ecclesijs, per nos, & nostros amicos in Francia regno nostrisque terris & dominij in honorem dicti sancti Sepulchri adificatis, Latina celebrabitur idem officium. Fientque processiones in honorem & reuerentiam fidei, & credentie in sacro sanctum sacramentum Eucharistie, nobis & populo christiano insuscitata.

## Art. 14.

**Q**uod anno quolibet die Dominica in Ramis palmarum a nobis aut nostro locum tenens in nostra absentia, assūmatur, & eligatur unus ex Presbyteris, qui sup. assūt sedens in conuocatione. & cœto 12. Presbyteros, qui off. diu. in Ecc. S. Sepulchri celebrare solent, dicta urbem Hierosolymitanam introibit. Cui quidem Presbitero sic electo, nos & dictus locum tenens nostri, milites, viatores, & populus christianus ejusdem urbis obuiāre, illumque benignè recipere, & in Ecclesiam dicti sancti Sepulchri magna cū humilitate concomitari tenebimur: in qua quidem Ecclesia dictus electus, & alijs supranominati Presbyteri, officium diuinum in honorem, & reuerentiam introitus domini nostri Iesu Christi, quem in dictam urbem Hierosolymitanam sanctis eius discipulis presentibus fecit, honeste receptionis per habitantes dictæ urbis, & latitie ab eis ob eius aduentum, & introitum saecularum, solemniter celebrabitur.

## Art. 15.

**D**ile autem Iouis sequenti officium diuinum cum ceremonijs assuetis parere, & alics Presbyteros supradictos in Ecclesia sancti Sepulchri celebrabitur & dicetur: nosque & nostri locum tenens

refectionem illorum in pane, vino, pisci- bus, in domo S. Cenaculi dictæ nostra tur- bis Hierosolymitanæ preparabimus: in qua illos benignè recipiemus, eorum pes- des humiliter lauabimus, & osculabi- mus, cœnamque celebrabimus, illisquè eleemosynas ob charitatem elargiemur. Et postquam dicti electus, & alijs pre- biteri gratias Deo egerint, sanctumque Dei Euangeliū quod suis Apóstolos predica- uit nobis enunciaverint, nos, aut nostri locutio[n]en[s], milites & viatores supra- nominati in dicto Cenaculo nostram refe- ctionem sumemus, eleemosynas in auro, argento, vestimentis virtualibus pani- bus, vino & alijs dabitur omnibus egro- tis in magnis hospitalibus iacentibus, ca- terisquè pauperibus in indigentia & ne- cessitate constitutis nobis notis, in reueren- tiam, & commemorationem sancta Cœ- nae, quam simili die dominus noster Iesus Christus cum dictis suis Discipulis in pra- fata domo sancii Cenaculi fecit, elargie- mur, & concedemus.

## Art. 16.

**Q**uod electus, & presbiteri ante nomi- nati, qui illum in dictam urbem Hierosolymitanam ut supra fue- rint concomitati in mōlem olivarum se- conferent: ibi: tota nocte dicta dies Iouis precib. & orationib. diuinis, in reueren- tiam & recordationem orationis, in dicto loco per eundem dominum nostrum Iesum Christum fusè vacabunt.

## Art. 17.

**D**ile vero Veneris sancti, dictus pres- biter electus Euangeliū passionis domini nostri Iesu Christi in Ecclesia dicti sancti Sepulchri perleget illudq; nobis, nostrosq; locū tenenti, militeb. & viatorib. populoq; christiano interpretabitur, offi- ciām, diuinum cum alijs supranomina- tis presbiteris Latinè celebrabit, cui assūte re tenebimur, nec cibo aliquo reficiemur, aut ve[n]emur, donec hora, qua dominus noster Iesus Christus in redemptionem ge- neris humani in cruce p[er]sidens emisit sibi ritum, pulsata fuerit.

## Art. 18.

## Art. 18.

**Q**"dà quatuor milites dicti ordinis nocte dicte die veneris usque ad medium diei sequentis in honorem, & reverentiam domini nostri Iesu Christi, cuius corpus ab infidelibus. Iudeis ibi dicta nocte custoditum fuit, fideliter custodiunt.

## Art. 19.

**Q**uod omnes Presbiteri Chaldaei, Graeci, & Latini continuas preces tota nocte diei veneris in Ecclesia dicti sancti Sepulchri in gratiam fidei, & defensionem catholicę & Apostolice Ecclesie, ac aliarum Ecclesiastarum christianarum aduersus huiusmodi infideles fundent.

## Art. 20.

**I**n super ordinavimus, & ordinamus continuè eleemosynas elargiendas & concedendas esse ut a carcerib. dicti militis viatores. & alius populus christianus liberetur. qui tam a nostris Regni Francie dominis, et terris, quam ab alijs partibus & terris Principum christianorum nobis amicorum venientes, contra dictos infideles nobiscum bellum gesserunt: Et illud ita prosecuti fuerunt, ut capieui, & detinui ab ipsis infidelib. fuerint, nec non humiliari dictos principes, ac Reuerendos dominos Archiepiscopos, Episcopos, Abbates, & alios beneficiatos tam in dictis nostris Regno Francie, dominijs, & terris, quam in alijs ad dictos principes Christianos spectantibus obtinente supplicare, & requirere, ut quartam partem tertie redditus beneficiorum lucorum pro redēptione dictorum captiuorum in honorem Dei, & remunerationem suorum laborum circa impugnationem dictorum infidelium, in gratiam. & iusorem fidei & defensionem Ecclesiastarum christianarum, & Prabatrum.

## Art. 21.

**N**os quoque supplicauimus, & rogauimus sanctissimos alme urbis Rome Pontifices. quatenus indulgentias omnib. principib. nobis amicis populoque

christiano, qui pro redēptione, & liberatione dictorum captiuorum & pauperum nobis & alijs predictis principibus subiectorum & dictum sanctum sepulchrum visitare, nosq; contra dictos infideles, qd ad illos impugaundos, prout suspredictum est, concomitari voluerint, concedere, & imparire velint.

## Art. 22.

**P**reterea statuimus & pensata animi deliberatione voluimus quod milites dicti ordinis sancti Sepulchri sub saluagardia Soldani Babylonensis, aut eius locum tenentis, omnes dictos captiuos redimendi, & liberandi in se suscipient. Quibus militibus ad hunc effectum de narī dictarum elemosynarum tradētur, & de his computata ratione & reliqua nostro locum tenenti in dicta urbe Hierosolymitane in communitate milieum dicti ordinis, & viatores dicti sancti Sepulchri reddent.

## Art. 23.

**Q**uod ex nostra scientia, & spontanea voluntate eligimus, nominamus, & constituimus, & nominamus dictos milites nostri ordinis sancti Sepulchri in praepreceptores & administratores reddituum & prouentuum, fundationem & eleemosynarum praementiarum. Et de his prefatis militibus & in eorum absentia dicti viatores administrationem, & regimen habent. Nec non aliorum fundacionum per nos, aut nostros amicos in Ecclesiis nostris Regni Francie dominorum & terrarum nostrarum, ac aliorum principium instituarum & eleemosynis datarum pro redēptione, & liberatione dictorum militum, & viatorum, ac populi christiani, in potestate, & dominio, ac carceribus dictorum infidelium forsitan detentorum, & detinendorum, ut huiusmodi redditus, & eleemosyna presbiteris officiū diuinum in dicta Ecclesia sancti Sepulchri celebrantibus, ac pauperibus in dictis hospitalibus sancti Sepulchri, sancti Ioannis, sancti Lazari, & alijs hospitalibus, ab alijs principibus nobis amicis, & senioribus,

vibus, ac populo Christiano, in honoribus  
Dei, Sanctorum Apostolorum, aliorumq;  
Sanctorum, tam in nostro Regno Francie,  
terris & dominis, quam amicorum no-  
strorum fundatis, & institutis affluentibus,  
& ibi moram trahentes fideliter  
ab eis respectu distribuantur. De qui-  
bus redditibus & prouenientibus sic receperis  
& distribuis idem milites & viatores,  
anno quolibet in crastino festi sacrosancti  
Sacramenti, in Camera nostri consilij  
Hierosolymitanè, rationes & computa  
reddent, & ad hos fines idem percepores  
& administratores ibi se representare,  
aut de his eorum computa seu verum  
memoriale eorum mittere tenebantur.

## Art. 24.

**Q**uod clericus thesauri dicti S. Sepul-  
chri Hierosolymitani bonum, & si  
dele memoriale redditionis huiusmodi  
computorum describet, cartas, seu papy-  
ros eorum conservabit huiusmodi. Reli-  
qua seque debeantur recipi, quitan-  
tias & acquitamenta eorum computo-  
rum sic à dictis administratoribus tam  
presentibus quam absensibus per nos, seis  
in nostra absentia locum teneantem no-  
strum arrestari & signari procurabit.

## Art. 25.

**V**oluimus etiam, ac volvimus. quod  
centum milites dicti ordinis in no-  
stris Regni Francie, terris & dominiis,  
& alijs Regnis ad nostros amicos spectan-  
tes, degentes & moram trahentes, venire  
in cameram nostri consilij Hierosolymita-  
nani, & comparant, qui nos, aut no-  
strum locum teneantem in dicto viagio vi-  
tiliser & animo acaci, ac benevolo con-  
comitare & nubiscum assister, mediaque  
rationes & causas, in dicto consilio pro  
bellis gerendis contra dicti Insidiles in  
augmentum fidei & desercionem Eccle-  
siarum Christianarum, tam Latinarum  
quam aliarum linguarum predicatorum,  
administratorum fundatorum & eleemosy-  
narum alleganas, & intelligere possint  
est uero, ut super his conclusionis validas  
& necessarias ac iur. lucas assumamus.

## Art. 26.

**S**tatuimus etiam, & ordinabimus ali-  
quem ex Equitibus dicti ordinis eli-  
gere oratorem apud soldanum Babilo-  
nem, qui permittat dicto nostro oratori,  
quod spatio trium annorum computurur  
in dicta Babilonia commoretur, et vita  
ducatur, ut de quibusdam militibus via-  
ribus, & alijs Christianis captiis à di-  
cto Soldano, seu eius belligeris detentis  
notitiam habere possit, pretiosq; auri &  
argentii, quod per alios nostros milites sub  
saluagardia & protectione dicti Soldani  
mittent, liberentur dicti captiis ab hu-  
iusmodi detentione, aut si maluerit ipse  
Soldanus quod in locum insidelium à no-  
bis aut nostris subditis in bello aut alibi  
captiis detentorum seu detinendo-  
rum: quos eo casu ab huiusmodi sua ca-  
ptiuitate liberare intendimus, modo dicti  
nostris captiis liberentur.

## Art. 27.

**C**VM autem noster miles sic delega-  
tus orator de dictis captiis à sol-  
dano, seu eius belligeris ut profertur, de-  
tentis, plenam habuerit notitiam, is no-  
bis cartis veris nomina illorum, loca in  
quibus detineantur significari saluagar-  
diā à dicto Soldano ad hos fines obten-  
tam mitti procurabit ut dicti milites &  
viatores si captiis securius ad nostras par-  
tes redire possint.

## Art. 28.

**Q**uod dictus orator & milites nobis,  
aut nostro locum teneant in absen-  
tia nostra, de redemptione dictorum ca-  
ptiuvorum fidem facient quam summam  
pro redemptione captiuitatis huiusmodi,  
cui & in quo loco exsoluerint. Et ad hos  
fines dictos captivos saltem copias carta-  
rum liberationis eorumdem nobis repre-  
sentabunt, premissaque omnia & singu-  
la ad notitiam aliorum Regum, & Prin-  
cipium Christianorum dominorumq; Ar-  
chiepiscoporum Episcoporum Abbatum,  
& aliorum beneficiorum nostri Regni  
Francie, terrarum & dominiorum no-  
strorum, & aliorum nostrorum amico-

rum deduci voluisse, ut fructum ex suis sanctis eleemosynis consequantur gloriosum ac in posterum in illis elargiendis promptiores reddantur.

## Art. 29.

**Q**uod intendimus, & deliberamus quotidie dictas quinque Cruces dicti ordinis S. Sepulchri nostris vestimentis appositis deferre. Quas dicti milites & viatores, sive eos bellum gerere aduersus dictos infideles, & alibi adire, seu aulas regias & convocationes, seu catus Principum & aliorum Christianorum populerum frequentare contigerit, similiter deferre tenebuntur.

## Art. 30.

**Q**uod dicti etiam milites aduersus alii quos Principes Christianos bellum gerere minimè teneluntur, immo illis favorabiles erunt, casu quo sibi constituerit dictos Principes esse excommunicatos auctoritate Dei & summi Pontificis, ab Ecclesia Catholica exiles & dispersos, eorumque regnum belli geris esse pradam. Quo casu adueniente dicti milites pro eis contra dictos Principes arma suscipient, ad exemplumq[ue] Dei iura pauperum, orphanorum viduartum, extraneorum defendent & ab omnibus vexationibus & oppressionibus viriliter protegentur.

## Art. 31.

**N**os igitur premissis & alijs legitimis causis, & rationibus consideratis animum nostrum mouetibus, prescriptas ordinationes à nobis ferri & edicere illasque de verbo ad verbum, nil de contentis in eisdem omisso, observari decrevimus, scilicet

tuimus, sapienter deliberauimus. Et in eius rei testimonium & robur ad sancta Dei Euangelia per fidem & legem nostram in fidei nec sponte aliquid de contentis in eisdem ordinationib[us] executione dignum omittere promisimus, & invauimus illas à nostris successoribus Regni Francia regibus dicti ordinis sancti Sepulchri, ac presentium capitibus secundum eorum tenorem obseruari: ordinantes, & in hoc eorum conscientiam illis contraveniendo onerantes, votaq[ue] & obligationes per milites dicti ordinis, & viatores in dictam urbem Hierosolymitanam emitti, & saetas obseruari & adimpleri prout eisdem ordinationibus cauerit. Quas volumus deponi & fideliter custodi in thesauro dicti sancti Sepulchri, memoriaq[ue] illas absque diminutione continentia continetia in nostrum Francie Regnum, terras, & dominia, tam ad nos quam ad alios Principes spectantia transferri, ut omnia singula pramissa ab eis videri visitari & fideliter obseruari possint, ac si in dicto thesauro existeret ipsos humiliter supplicantibus, quatenus in his nostram intentionem & bonâ voluntatem in honorem Domini Nostri Iesu Christi, qui nostrorum cordiū scrutator est, aliaque in eius protectione. & possessione conseruat, principiumq[ue] & terminum nostre vite dat & tribuit. adimplere velint & dignentur: & ut magis, ac magis dicta nostra ordinationes eundem pateant evidenter, et sint nota ac obseruentur in perpetuum, voluimus & ordinamus eas nostri sigillis quinque Crucibus dicti ordinis, in medio eiusdem appositis munimine robvari. Que date & late fuerunt à nobis imporbe Hierosolymitana, die prima febrii mensis Ianuarij anno à Nativitate Domini Nostri Iesu Christi millesimo nonagesimo nono.





# DIPLOMA, QVO PHILIP. II.

## HISPA NIARVM REGI,

E I V S Q V E S V C C E S S O R I B V S  
*summa administratio Ordinis Sanctissimi Sepulchri*

D. N. I E S V C H R I S T I ab Equitibus  
*Hierosolymitanis delata est.*

Anno 1558.

**N**omine Sanctissimæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen. Ci m beneficiorum omnium, quæ Deus optimus generi humano præstítit, illud maximum sit, quod vñque adeò nos in dilecto filio tuo, cum adhuc impij essemus, & peccatores, dilexerit; vt illum nobis, non in sanguine hircorum, aut taurorum, sed in proprio sanguine in illa fácro sancta Hierusalem pro peccatis nostris dederit, æterna certè memoria singulari animorum gratitudine, & eximia cuiusdam pietatis religione, tam præclarum atque excellens diuinæ erga nos benignitatis donum venerari, atque sulpicere nos oportet. Cum igitur preciosissimo Christi sanguine, & acerbissima eius morte tantum nobis adeò collatum fuerit, quantum nullus vñquam, aut petere, aut sperare ausus fuerit. Quanta veneratione sacratissimum ilium, Caluarie contem, in quo per Spiritum Sanctum immaculatum Deo se-

met ipsum pro nobis obtulit, & glorio sum illius Sepulchrum, vbi triduo quieuit, nos portet adorare, & venerari? Et si nostrorum scelerum magnitudine factum sit, vt loca illa, vere, vt vocantur Sancta in quibus Deus ac dominus noster Iesus Christus inexplicabilis suæ erga nos charitatis prædicta sacratissima monumenta nobis reliquit, occulto suæ diuinæ sapientiae iudicio perfidorum Turcarum tyrannde oppressa, & spurcissima Mahometanorum secta polluta quodammodo sint, & inquinata, non sine magno omnium qui Christiani esse, & dici volumus, & de decoro, & probro. Ad omnes tamen spectat hanc ignominiam depellere, & tot vñdiq; talis atque coniculis oppugnatâ sanctissimam fidem nostram pro viribus defendere. Sed cum hoc officiū Religionis nostræ propugnandæ & propagandæ omnes attingit, tum verò nostru singulari ratione debet esse proprium, quorum professio, & singulare institutum defensioni fidei est consecratum: præsertim cum ante oculos

sanctissimum, & extrema gloria atque memoria dignum, Illustrum, atque fortissimorum Cruce signatorum sanctissimi Sepulchri Militū exemplum propositum habeamus. Qui ut Christi gloriam, & fidem Christia nā decus longe lateque propagarent, non solum fortunas suas, status, & opulentissima patrimonia distraxerunt: verum etiam capita, corpora, vitam, & salutem suam multis periculis obiecerunt. Itaque tanum indomita virtute acque excelsa & infrausta animi magnitudine potuerunt, ut innumeris Tucarum agminibus occisis, Persis compressis, Medis, Partis, Assyrijs, Aegyptijs, alijsque barbaris nationib. edomitis non modo illa loca sancta, & prætiosissimo Redemptoris nostri sanguine consecrata turpissimo feruitutis iugo depulso in pristinam libertatem vindicauerint: sed etiam, ut in Bithinia, Nicomedia, Pisidia, Licaonia, Capadocia, Licia, Pamphilia, Cilicia, Celeferia, Heraclea, Mesopotamia, Media, Antiochia, Laodicea, Gabula, Valalenia, Maraclea, Antarade, Archia, Phœnitia, Tyro, & Sydone, Lelesia Taraconitide, Ydumea, utraque Arabia, ad usque mare rubrum, Galilæa, Samaria, Palæstina cum Iudea, & S. Hierusalem, alijsque plurimis Asiae prouincijs, armorum vi subactis, Crucis vexillum & præclarissima fidei nostræ trophæa exerent & cum omnium sempiterna gloria confeuerint. Quibus prouincijs sua virtute partis tamdiu imperitarunt, donec Christianorum Principū desidijs, ac intestinis bellis res Christiana retrofluere coepit, & tandem opibus nostris conuulsis, atque accisis, Saledinus Aegypti Rex loca illa præclarissimorum virorum sanguine comparata, nostra socordia, & negligētia ipse comparauit. Et si potentia infidelium multum inualuit, & corroborata est; numquam tamen eò progressa est, ut Sacrosanctam Sanctissimi Sepulchri militiam aboleret, aut penitus extinguqueret, quin potius longissimo multorum annorum spatio tota

poene Europa ita hæc militia effloruit: ut Urbanus IV. & Bonifacius VIII. per suos legatos eius opem, & auxiliū aduersus Saracenos, Italiam vastantes, & Ecclesiæ Catholicae hostes, sepius implorarent, & militum Cruce signatorum virtute Italiam servatam faterentur. Nunc vero, etsi peccatis nostris id promerentib. multa eius vis collapsa est, non ita tamē, ut non multæ reliquæ supersint, vbi que inter Christianos Nobilissimi. & Illustrissimi viri in hac gloriofa militia perseverant. In qua nos licet indigati cooptati, memores eorum, quæ maiores nostri summa cum gloria gesserunt, & ignauiam nostram pertulsi, cupimus in integrum reuocare, & quasi postliminio restituere nostrum institutum, professionem, & prædecessorum nostrorum virtutem, & maiestas, nostra negligentia contractas, sanguinis effusione ad Iesu Christi D. N. gloriam abolere. Sed cum ut hæc fiant, necessarium in primis sit, ut aliquem habeamus præpotente Ducem, cui tanquam capiti connectamur. Hinc est quod nos Petrus de Carate Comisarius generalis sacrosanctæ Archicōfraternitatis sanctissimi Sepulchri, tam eo proprio nomine, quam nominib.  
*Illustrissimi domini Andrea Dorea Prin. Variorum cipis Melphitan. D. Camilli Guasco, D. Equitum Perri de Bolonia, D. Ioannis de loaria, Belgarum & D. Roderici de Rocas: pro quibus maximè forte me facio in forma Iuris validi, Dominus Philippus de Borre, Cantor, & Canonicus Ecclesiæ Diuæ Mariæ Antuerpiensis, Ioannes de Moxiea interfuerunt, no- etiam eiusdem Ecclesiæ Canonicus, mina.*  
 & \* Petrus Mennicus quilibet nostrum \* Dominus pro se, & nomine Ioannis van Schelveld den Berden, tamquam ad id constituti, vigore ge in tra- cterarum litterarum procuratoriарum. In papyro scriptarum, Datarum die xxij. præsentis mensis Martij passata- rum, & recognitarum coram Petro Baccart Notarii publico Antuerpiæ residente, & certis testibus. Nec non Præfati Philippus de Borre, & Petrus Mennicus nomine Ioannis Ouwenberch dicti Lauwers etiam ad id constituti, vigore

vigore, litterarum procuratoriarum in papyro scriptarum, de data eiusdem diei, mensis & anni coram Petro Verbeeck Notario publico Antwerpice commorante passataram, & recognitaram. Quin etiam ego idem Joannes de Mexica, nomine Gasparis de Castro constitutus, vigore procuratorio coram Egidio van den Bosche Notario publico in praedicta ciuitate habitante, eodem die & anno passato. Nicolaus de Meyere residens Gandali, tam proprio nomine, quam Ioannis de la Rue, prout patuit per procuratorium defuper constitutus, & passatum in oppido Gandauensi coram Ioanne Charon notario publico ibidem commorante, de data diei xix. presertim mensis Martij. Item Joannes de Gruytere Dominus de Louelde tam nomine meo proprio quam nomine Iacobi Triecht constitutus, vigore procuratorio manu, ac sigillo eiusdem Iacobi subsignato, & corroborato. Gerardus de Vladerache Dominus de Geffen Antonius de Meriben Dominus de Essefain, Iudocus de Broichborst Dominus de Rheijsuyek, Joannes de Afferen Dominus de Vueren, Laurentius de Voge de Ringuist, Antonius Absolons, Paulus de Velvuyek, Carolus de Steeuani, Claudius Grotgebuer, Cornelius Gaerlard, Brugis residens, Joannes de Berecker, Joannes de Berchenrode, Joannes vanden Steenvueghe, & Joannes van den Dyrke. Omnes milites, militiæ eiusdem sanctissimi Sepulchri. Volentes nostrum ordinem, militiæ, dante domino propagare, & illum felicior regimine gubernare; Considerantesq. quod patrocinio alicuius magni Principis nobis adiuncto melius res nostræ Religionis prosperabuntur; Idecirco nos prenominati milites nominibus quibus supra ac pro absentibus de rato, quatenus opus sit in forma iuris valida, promittentes in Ecclesia parochiali S. Catharinae, Ville de Hochstraten Cameraensis dioecesis, ad infra scripta peragendum, & pertractandum coram notariis publicis, & testibus infra scriptis, personaliter congregati sponte,

& ex nostra scientia, animoque deliberato omnibus meliorib. modo via, iure, causa, & forma quibus melius, validius, & efficacius de iure possumus, & debemus nominis dictæ nostre Religionis & militiae; perpetuis fucuris temporibus, facimus, creamus, & soleniter eligimus, praestito prius per nos solito ad sacrosancta Dei Euangelia iuramento, in similibus electionib. praestari solito, ac Missa Spiritus Sancti celebrata, & hymno Veni creator spiritus in eadem Ecclesia decantato, laetissimum potentissimum, atq; Serenissimum dominum nostrum regem Philippum in magnum, & summum totius nostræ militiæ magistrum, & in nomine Domini nostri Iesu Christi solemniter constituimus, erigimus, & creamus: Nec non Serenissimum, & gloriosum Hispaniarum Principem D. N. D. Carolum Principem etiam eiusdem militiæ, & in locu patris sucefiorem in perpetuum nominamus, & declaramus: Petentes atque humiliter supplicantes, ut sua Maiestas hanc nostram electionem, & creationem & totius nostri ordinis administrationem admittere, alioque plurimos milites sanctissimi Sepulchri creare dignetur, ut omnes simul communis animorum consensu ad infidelium perniciem incumbamus, & Christi D. N. G. gloria reflorescat. Nos enim nostro, & nostrorum successorum huius ordinis, milicium nomine, eius Maiestati tamquam magno Religionis nostræ magistro, & Serenissimo Carolo tamquam glorioso Principi, eorumque successoribus perpetuam obedientiam, & fidelitatem iuxta nostræ professionis, & instituti sanctiones, & formam, hoc est sumptibus nostris ire contra infideles in bello uniuersali; quod vulgariter dicitur Crucifixi; vel nostro nomine idoneum aliquem eò mittere, promittimus, ac iniuiolabili obseruantia praestituros pollicemur. Et quoniam exploratum est pœnæ Orbi Christiano, quod charissimus frater, & comilito noster magnificus D. Petrus de Carate sacrolancæ huius nouæ Cōgre-

gregationis, ac electionis erector ab anno M. D. XLV. multos labores, & expensas passus est, per varias plagas Christiani orbis pro huiusmodi Sanctissimo negotio, & adhuc prædictus sua ingenti deuotione non recusat impendere in futurum omnem operam suam, & auxilium. Idcirco compertum habētes ad hoc dirigi torum desiderium & animum suum ipsum par modò in Commissarium Generalem nostrum, & totius ordinis & militia nostra creamus, erigimus & solemniter nominamus, & obnixi ab ipso petimus; vt nostro nomine ea omnia faciat, & in omnibus assistat, dirigat, soueat, & gubernet, quæ ad totius nostræ militia conseruationem & utilitatem conducibilia, aut necessaria sibi videbuntur. Ita tamen vt omnia illa fiât sine impensis, damno interesse, vel præiudicio huius ordinis militum, quodque præterea vlo futuro tēpore nullo vteriori grauabitur onere, cuiuscunq; rei causa, vel ratione fuerit, quam haecenus grauati fuimus. Et quo quidem D. Petro de Carate defuncto, vel illius officio cessante, aut vacante. aliquis ex nostris cōfratribus communi nostro consentu per nos in ipsius locum eligetur, & quæ quidem elec̄tio per nos ita facta, per prælibatum D. N. Regem, eiusq; successores, prænominares approbabitur & confirmabitur. Itaque denominatio, atque ea ipsa elec̄tio erit & manebit penes nos: confirmatio verò penes D. N. Regem, successoresque eius antedictos. Quocirca Sanctissimum D. N. D. N. Romanæ, ac vniuersalē Ecclesiæ nunc & pro tempore Romanum Pontificem & Episcopum humiliter obsecramus vt hanc nostram electionem creationē, & declarationem ratam habeat, & sua ac sedis Apostolicæ auctoritate confirmet, ac nos tāquam humiles & obedientes Apostolicæ Sedis filios, in tutelam, ac defensionem suam suscipiat. Nos enim ad nil aliud aspiramus, quām vt Dei, ac D. N. Iesu Christi gloria reuirescat, & vexillum Crucis vbique gentium

debita veneratione erigatur, & honoretur. Ita ut hoc conseq̄uamur obedientes Romanæ atque Apostolicæ Sedis filios fore profitemur, omnesque & singulos infideles tam Turcas, Mauros, Tartaros, quām eiusmodi alios quoſcunq; pro hostiis habemus, iijdemq; apertum ac perpetuum bellum indicimus.

**O** Clementissime, & omnipotens Deus omnium bonorum largitor, generis humani creator, luminis que æterni, mysterium salutis humanae, Salvator noster Christus, subiit pro nobis Crucem, luit aliena commissa, iacuit sepultus, vños vñā secum vitia ac scelerā se peliamus, pietas, amor incredibilis erga nos mortale genus impulit te Christe Redemptor nostram accipere naturam, inducere hominem, perpeti labore, penderre in ligno, demum extrellum sepulchri subire officium. Accipe igitur hanc nostram militiam Clemētissime, amplectere nos optimè, dirige & duc ad te, ne patiare per hoc mare absq;ne Rectore nauigare. Tu regē nos milites tuos, tuum colentes tumulum, vestigia tuæ obseruantes necis, compara nobis Principum vota, quorum corda in tua manu consistunt. Effice, præsta vt aliquan̄ o tua loca liberentur, atque expientur, iampridem hostili fraude, nostra profanata discordia. Coniunge Deus Magistratum consilia, Principum animos vni, vt pulsis tui nominis hostibus monimenta nostræ salutis populo restituantur, fideli, istamque electionem & creationem nostri summi Magistri Principisque militia, quam te auctore, & Rectore famuli tui fecimus, sanctifica & tua clementissima benedictione illumina & corroborā, & tuo excelsō & gloriosissimo brachio animosiores nos conforta, vt & illa sacratissima & gloriosissima pignora nostri Redemptoris, effusione sanguinis nostri redimere possimus. Nam ut propheta proclamat: Ciuitas Sancti tui facta est deserta, Sion deserta facta est, Hierusalem

rusalem desolata est , domus sanctificationis nostræ . Et si perpauci sunt qui sinceritate cordis , & humiliatio spiritu te Deum viuum venerentur , & innocentem nomen tuum non auertas faciem tuam à nobis , & ne amplius memineris iniuratum nostrarum , sed fac ut ad te Deum fontem viuum , fontem perennem & æternitatis peruenire valeamus . Cui est virtus & gloria per infinita seculorum secula . Amen .

In quorum fidem præsentes literas sive hoc præsens publicum instrumentum manu vniuersaliisque nostrorum subsignatum coram Notarijs publicis & testibus infra scriptis stipulati sumus , ab ijsdemque Notarijs vnum vel plura , publicum sive publica Instrumentum & instrumenta fieri atq; confici iussumus , fecimus , atque rogaimus & rogamus . Acta fuerunt hæc in dicta Villa de Hochstraten in dicta Ecclesia S. Catharinæ Cameracensis diœcesis sub anno à Nativitate Domini M. D. LVIII. Indictione prima , die verò xxvj. mensis Martij , Pon tificatus Sanctissimi D. N. D. Pauli diuina prouidentia Papæ quarti anno tertio , præsentibus ibidem Magnificis Viris Martino Ruijze de Corate , Gerardo van Dongen Francisco van Stelant , & Adriano onder de Lind testibus ad præmissa omnia vocatis atque rogatis . Subsignatum .

† Brouneckhorst † Ego attestor Philip pus de Borre meo nomine , ac nomine Iohannis Lauvers & Ioannis van Schelle , † Iohannes Moixica meo nomine & nomine Gaffaris de Castro † Gerard van Vladerachen † Petrus Menneus meo nomine & nomine Iohannis Lauvers & Ioannis van Schelle † Antonius van Merthen Goetgebuer . † Ian van Bercher † Cornelius Gaeiliard . † Carolus van Ste lane † Paulus van Veldvuyck † Antho nius Absolons , † Iohannes de Gruiere , meo nomine & nomine Iacobi Triechi † Laurens de Vecht van Rinchele , Ian

van den Steenvueghen † Iuan van Afferen ende van Vueren , † Iuan Bercher rode † Ich Anthonis Absolons in nomine Nicolai de Megere & Iannis dela Rue † Ian van den Dijcke .

Subscriptum .

Ego Alexander Graphæus ciuitatis Antuerpiensis Secretarius ; ac publicus Imperiali Auctoritate Notarius per Cæ. Maiest. Consilium Curie Brabant. ad Notariatus officium admis sus , vnâ cum Iohanne de Barlamonte etiam Notario publico , per idem consilium approbato , ac prædictis testibus ad præmissa omnia & singula præ sens personaliter interfui , eaq; omnia & singula , sic ut præmittitur , fieri vidi sciui , & audiui , accepto prius iuramento ad Sancta Dei Euangelia super libro missali , ab omnibus & singulis militibus supradictis , separatim &c. quod in huiusmodi electione nō erat aliqua fraus , dolus , simonia , malitia aut aliqua alia illicita causa &c. ac deinde dicta electione sub debita , ac perpetua obedientia &c cæterisq; solemnitatibus requisitis &c. in dicta Ecclesia celebratis atque deuotè peractis . notam ac stipulationem postea lumpsi de præmissis omnibus , cum dicto Notario , præsentibus dictis testibus . In quorum fidem præsens publicum instrumentum cum dicto Notario subscripti , ac signo meo solito signavi , rogatus atq; requisitus . Subsignatum . A. Graphæus .

Ego Iohannes de Barlamonte publicus Imperiali auctoritate Notarius antedictus , attestor me præsentem , fuisse vnâ cum dicto Magistro Alexandero Graphæo , Secretario & Notario publico in prædicta Congregatione , Electione , Stipulatione , cæterisq; solemnitatibus superius ad longum narratis & declaratis . In quorum fidem præsens instrumentum manu propria subscripti , ac solito signo signavi , rogatus atque requisitus . Subsignatum . I. de Barlamonte Notarius Imp. SS.

Equitum  
predicto-  
rum signa-  
tura .



# INCIPIT PROLOGVS R E G V L A E P A V P E R V M Comilitonum Christi, TEMPLIQ; Salomonis.

**S**Maibis in primis sermo noster dirigitur, qui cunque proprias voluntates sequi contemnunt, & summo. ac vero Regi militare animi puritate cupiunt, ut obedientie armaturam preclaram assumerent, intenissima cura implendo proponerent. & perseverando impleant. Hoc tamur itaque qui usque nunc militiam secularem, in qua Christus non sicut causa, sed solo humano sauore amplexati estis: quatenus horum unitatis, quos Dominus ex massa perditionis elegit, & ad defensionem s. Ecclesie gratuita pietate compositus, vos socios perhmaniter, secundineris. Ante omnia autem, quicunq; es o Christi miles, eam sanctam conuersacionem eligens, te, professionem tuam oportet puram adhibere diligentiam, ac firmam perseverantiam, que a Deo tam digna, sancta, & sublimis esse dignoscitur: ut se pure. & perseveranter obserueretur inter militantes, qui pro Christo animas suas dederunt, sortens obtinere mereberis. In ipsa namque res floruit, & reuixit ordo militaris, qui despectu iustitiae zelo, non pauperes, aut Ecclesias defensare, quod suum erat: sed rapere spoliare interficere contendebant. Bene igitur nobiscum agitur quibus Dominus, & saluator noster Iesus Christus

amicos suos à civitate Sancta in confinem Francie, ac Burgundie auexit, qui pro nostra salute, veraq; fidei propagatione, non cessant, animas suas hostiam Deo placetem offerre. Nos ergo cum omnibz gratulatione, ac fraterna pietate precibusq; Magistri H V G O N I S; in quo predicta militia sumptu exordium, cum spiritu sancto intimata ex diuersis Ultra montane provincie mansiobz, in solemnitate Sancti Hilarii, anno 1128. ab incarnatione Dei filio, ab inchoatione Anno Chr. 1128. predicta militia nono, ad Trecas, Deo Duce, in uiam conuenimus & motum obseruantiam ordinis Equestris per singula capitula, ex ore ipsius predicti Magistri H V G O N I S audire meruimus, ac iuxta noritiam exiguitatis nostre scientie, quod nobis videbatur bonum, & veile collaudauimus. Verum enim verò, quod nobis videbatur absurdum, omneque quod in praesenti Concilio requiri tenebatur nobis memoraliter relatum, ac computatum, non lenitas, sed consulta prouidentia, & discrecione venerabilis patris nostri Honorij, ac incliti Patriarche Hierosolymitanii Stephanus fertilitate, ac necessitate, non ignari Orientalis religionis, nec non pauperium comilitonum Christi, consilio communis capitulo unanimiter commendauimus. Sana auem prorsus licet notri dictaminis auctoritate

S. Bernar-  
dum intel-  
lige.

*etiam*

Eloritate per maximus numerus religio-  
rum patrum, qui in illo Concilio diui-  
na admonitione conuenerunt, commen-  
dat: non debemus silenter transire, qui-  
bus videntibus, & veras sententias pro-  
ferentibus, ego Ioannes Michaelensis,  
presentis pagina, iussu Concilij, ac vene-  
rabilis Abbatis Clareuallensis, cui credi-  
sum, ac debitum hoc erat, humilis scri-  
ba esse diuina gratia merisi.

## NOMINA PATRVM residentium in Con- cilio.

Huius Con-  
cilij memi-  
nit Guil. Ty-  
rius lib. 12. Belli  
sacri c. 7. **P**rimus quidem resedit *Mattheus Albanensis Episcopus*, Sanctæ Ro-  
manæ Ecclesiæ Legatus: deinde *Rai-  
naldus Archiepiscopus Remensis*: tertius  
*Henricus Archiepiscopus Senonensis*: De  
Hist. Coepilcopi eorum *Ranckeaus Carnozenensis Episcopus*. *Goffenus Sueffo-  
num Episcopus*, *Episcopus Parisiensis*, *Epis-  
cop. Trecensis*, *Præful. Aurelianensis*,  
*Episcop. Antisiodorensis*, *Episcop. Melden-  
sis*, *Episcop. Catalaunensis*, *Episcop. Lau-  
dunensis*, *Episcop. Beluacensis*, *Abbas Vezelacensis*, qui non multò post fa-  
ctus est *Lugdunensis Archiepiscopus*,  
ac S.R.E. *Legatus*, *Abbas Cisterciensis*,  
*Abbas Pontiacensis*, *Abbas trium Fen-  
tium*, *Abbas S. Dionysij de Remis*, *Ab-  
bas S. Stephani de Diuione*, *Abbas Mo-  
lesmij supra nominatus*, *Abbas Bernardus Clareuallis* non desuit, cuius sen-  
tentiam præscripti libera voce collau-  
dabant. Fuerunt autem Magister *Al-  
bericus Kemensis* & Magister *Fulgerius*,

ac complures alij, quos longum esset  
enumerare. Cæterum verò de non lit-  
teratis idoneum nobis videtur; vt te-  
stes amatores veritatis adducantur in  
medium: *comes Theobandus*, *omesque Niuerensis*, ac *Andreas de Parameito*,  
intentissima cura, quod erat optimū,  
scrutantes; quod eis videbatur absurdum,  
vituperantes, in concilio sic af-  
fiscebant. Ipse verò *Magister militie Hugo* nomine reuera non desuit, &  
quoldam de fratribus suis secum ha-  
buit. Verbi gratia fratrem *Godefridum*,  
fratrem *Rorallum*, fratrem *Gausfridum*  
*Bisol*: fratrem *Paganum de monte D. si-  
derij*, *Archembaudum de sancto Amano*.  
Iste verò magister Hugo cum ipsis di-  
scipulis modum & obleruantiam exi-  
guæ inchoationis iuri militaris ordi-  
nis, qui ab illo, qui dicit, *Ego Princi-  
pium, qui & lequor vobis lumpit exor-  
dium*: iuxta memoriam iuæ notitiam,  
suprəminatis patribus intimas. Pla-  
cuit itaque Concilio, vt consilium  
ibi lima, & consideratione diuinarum  
scripturarum diligenter examinatum,  
tamen cum prouidentia Papæ Roma-  
ni, ac Patriarchæ Ierosolymitanæ, nec  
non capituli assensu & pauperū com-  
militonum Templi, quod est in ieru-  
salem, scripto, commendaretur, ne  
obliuioni traderetur, & inenodabili-  
ter seruaretur: vt recto cursu, ad  
suum conditorem, cuius dulcedo tam  
mel superat, vt ei comparatum velut  
absythium sit amarissimum, perueni-  
re dignè mercantur præstante, cui mi-  
litant, & militare quæant, per infinita  
seculorum secula. Amen.





# REGVLA PAUPERVM COMMILITONVM

Templi in Sancta Ciuitate.

*QV ALITER DIVINVM  
Officium audiant.*

## C A P V T I.

**V**os quidem proprijs voluptatib. abrenuntiantes; atq; alij, pro animarum salute vobiscum ad terminum cum equis, & armis summo Regi militantes, matutinas, & omne seruitiū integrū, secundum canonīcam institutionēm, ac regulārium doctorum Sanctæ ciuitatis consuetudinēm pio, ac puro affectu audiēti vniuersaliter studeatis. Idcirco vobis venerabiles fratres maximē debetūt, quia præsentis vitæ luce despecta, contemptoq; vestrorum corporū cruciatu, sauiuentem niundum pro Dei amore vilescere perenniter promisiſtis, diuino cibo refecti, ac fatiati, & dominicis præceptis eruditii, & firmati, post mysterij diuini consummationem nullus pauescat ad pugnam, sed paratus fit ad coronam.

*Quod Orationes Dominicas, si audire nequierint, dicent.*

## C A P V T II.

**C**æterum si aliquis frater negotio orientalis Christianitatis forte

remotus, quod s̄epius euenisse, non dubitamus, & pro tali absentia, Dei seruitiū non audierit, pro matutinis tredecim orationes Dominicās, ac pro singulis horis septem, sed pro Vesperis nomen dicere collaudamus, ac libera voce vnanimiter affirmamus. Isti etenim in salutifero labore ita direcūt, non possunt accurrere hora competenti ad diuinum officium, sed si fieri potest, horæ cōstitutæ non prætereant ante institutum debitum.

*Quid agendum pro fratribus defunctis.*

## C A P V T III.

**Q**vando verò quilibet fratrum remanentium, morti (quæ nulli parcit) impendet, quod est impossibile auferri, Capellanus, ac Clericus vobiscum ad terminū caritatiè summo sacerdoti seruientibus, creditum officium, & Missam solemniter pro eius anima, Christo animi puritate iubemus offerre. Fratres autem ibi adstantes, & in orationibus pro fratri defuncti salute pernoctantes, centum oratio-

orationes Dominicas, vsque ad diem septimum, pro fratre defuncto perfoluant ab illo die, quo eis obitus fratris denuntiatus fuerit, vsque ad praedictum diem, centenarius numerus perfectionis integratam cum fraterna obseruatione habeat. Adhuc nempe diuina, ac milericordiosissima caritate deprecamur, atque pastorali auctoritate iubemus, vt quotidie, sicuti fratri in vicibus dabatur, & debetur. ita quod est necessarium sustentationi huius vitae in cibo & potu tantum, euidam pauperi ad quadragesimum idem impendatur. Omnes enim alias oblationes, quas in morte fratum, & in paschali solemnitate, ceterisque solemnitatibus, Domino pauperum commilitonum Christi spontanea paupertas indiscretè reddere consueverat omnino prohibemus.

**Capellani victimum, & vestitum tantum habent.**

#### C A P. IV.

**A**lias verò oblationes, & omnia eleemosynarum genera quoqno modo fiant; Capellani, vel alijs ad tempus manentibus, vnitati communis capituli reddere peruigili cura præcipimus. Seruitores itaque Ecclesiæ victimum, & vestitum secundum auctoritatem tantum habent, & nihil amplius habere præfumant, nisi magistri sponte caritaliè dederint.

**De Militibus defunctis qui sunt ad terminum.**

#### C A P. V.

**S**VNT namque milites in domo Dei Templiq; Salomonis ad terminum misericorditer nobiscum degētes; unde ineffabili miseratione vos rogamus, deprecamur, & ad ultimū obnoxie iubemus, vt interīm tremēda potestas ad ultimum diem aliquem perduxit, diuino amore, ac fraterna pietate septem dies sustentationis pro anima eius quidam pauper habeat.

*Ve nullus frater remanens, oblationem faciat.*

#### C A P. VI.

**D**Ecce uimus, vt supernè dictū est; quod nullus fratum remanentium aliam oblationem agere præsumat, sed die noctu[m] mundo corde in sua professione māneat, vt sapientissimo prophetarum in hoc æquipolere valeat. Calicem salutaris accipiā, & in morte mea mortem Domini imitabor. Quia sicut Christus pro me animam suam posuit, ita & ego pro fratribus animam ponere sum paratus, Ecce competentem oblationem, ecce hostiam viuentem Deoq; placentem.

**De immoderata stacione.**

#### C A P. VII.

**Q**UOD autem auribus nostris verifimus testis insonuit, videlicet immoderata stacione & sine mensendo, diuinum officium vos audire, ita fieri non præcipimus, imò vituperamus: sed finito Psalmo & *Venite exultemus Domino*, cum *In uitatorio*, & *Hymno*, omnes sedere tam fortis, quam debiles propter scandalum, euvidetur nos iubemus. Vobis verò residentibus unoquoque Psalmo finito, in recitatione *Gloria Patri* de sedibus vestris ad altare supplicando ob reue rentiam Sanctæ Trinitatis. Sic etiam in recitatione *Evangeli*. & ad *Te Deum laudamus* & per totas iaudes donec finito *Benedicamus Domino*, stare adscribimus, & eandem regulam in matutinis S. Mariæ teneri iubemus.

**De refectione conuentus.**

#### C A P. VIII.

**I**N vno quidem palatio, sed melius dicitur, Refectorio cōmuniciter vos cibum accipere credimus, vbi quando aliquid necessarium fuerit pro signorum ignorantia leniter, ac priu-

tim querere oportet. Si omni tempore, que vobis necessaria sunt, querenda sunt, cum omni humanitate, & subiectione reuerentiae potius ad mentem, cum Apostolus dicat : *Panem tuum cum silentio manduca, & Psalmista vos animare debet, dicens ; Posui ori meo custodiam, id est, apud me deliberaui, vt non delinquerem, id est lingua, id est custodiui os meum ne male loquerer.*

*De lectione.***C A P. IX.**

**I**N prandio, & coena semper sit sancta lectio recitata, S. Dominum diligimus salutifera eius verba atque precepta intentissima aure desiderare debemus, lector autem lectionum, vobis indica silentium.

*De carnis refactione.***C A P. X.**

**I**N hebdomada namque, nisi Natalis dies Domini, vel Pascha, vel festum Sancte Marie, aut omnium Sanctorum euenerit, vobis ter refectio carnis sufficiat, quia assueta carnis conpestio, intelligitur honoratio corruptio corporum. Si vero in die martis tale iejunium euenebit, vt esus carnium retrahatur, in crastino abundantanter vobis impendatur. Die autem Dominico omnibus militibus remanentibus, nec non capellani duo ferula in honorem S. Resurrecionis impendi bonum, & idoneum indubitanter videatur. Alij autem videlicet armigeri, & clientes, uno contenti, cum gratiarum actione per maneant.

armigeri, & clientes, uno contenti, cum gratiarum actione per maneant.

*Qualiter manducare milites debeant.*

**C A P. XI.**

**D**Vos & duos manducare generali oportet, ut sollerter unus de altero prouideat, ne asperitas vite, vel furtiva abstinentia in omni prandio intermisceatur. Hoc autem iuste indicamus, vt unusquisque miles, aut frater aequalis, & equipollens, vini mensuram pro se solus habeat.

*Vt alijs diebus duo, aut tria leguminum ferula sufficiant.*

**C A P. XII.**

**A**Lijs diebus, videlicet secunda, & quarta feria, nec non & sabbatho duo, aut tria leguminum, aut aliorum ciborum ferula; aut vt ita dicam, cocta pulmentaria omnibus sufficere credimus, & ita teneri iubemus vt forte, qui ex uno non potuerit edere, ex alio reficiatur.

*Quo cibo sexta feria reficere oportet,*

**C A P. XIII.**

**S**exta autem feria cibum quadraginta, ob reuerentiam Passionis, omni congregationi remota infirmorum imbecillitate, semel sufficere à feito omnium Sanctorum usque in Pascha, nisi Natalis dies Domini, vel festum Sancte Marie, aut Apostolo rum euenerit, collaudamus. Alio verò tempore, nisi generale iejunium euenerit, bis reficiatur.

*Post refactionem semper gratias referant.*

**C A P. XIV.**

**P**Ost prandiu vero & coenam, semper in Eccle. si propè est, vel si ita non est, in eodem loco summo procuratori nostro, qui est Christus, gratias, ve decet,

debet, cum humiliato corde referre  
strictè præcipinus. Famulis aut pau-  
peribus fragmenta, (panibus tamen  
integris referuatis) distribuere frater-  
na caritate debent, & iubentur.

*Vt decimus panis semper Eleemosynario  
detur.*

C A P. XV.

**L**icer paupertatis præmium, quod  
est regnum cœlorum, pauperibus  
proculdubio debeatur, vobis tamen,  
quod Christiana fides de illis indubi-  
tanter fatetur, decimum totius panis  
quotidie Eleemosynario vestro dare  
iubemus.

*Vt collatio sit in arbitrio  
Magistri.*

C A P. XVI.

**C**VM verò Sol Orientalem regio-  
nem deserit, & ad Hibernam  
descendit, auditio signo, vt est eius  
dem regionis contuctudo, omnes ad  
Completas oportet incedere vos, ac  
prius generalem collationem sumere  
peroptamus. Hanc autem collationem  
in dispositione, & arbitrio ma-  
gistra ponimus, vt quando voluerit  
de aqua, & quando iubebit miseri-  
corditer ex vino temperato compe-  
tentier recipiatur. Verum hoc non  
ad nimiam satietatem oportet fieri,  
sed parcíus, quia apostatare etiam sa-  
pientes videmus.

*Vt finitis completis silentium  
teneatur.*

C A P. XVII.

**F**initis itaque Completis ad Istra-  
tum ire oportet; Fratribus igitur  
à Completorijs excentibus nulla sit  
denovo licentia data loqui in publico,  
nisi necessitate cogente. armigero au-  
tem suo, quæ dicturus est, leniter di-

cat. Est verò forsitan, vt in tali in-  
tervallo vobis de Completorijs exe-  
centibus, maxima necessitate cogente,  
de militari negotio, vt de statu do-  
mus vestræ, quia dies ad hoc vobis  
sufficere non creditur, cum quadam  
fratrum parte, magistrum vel illum,  
cui domus dominum post magi-  
strum eit debitum, oporteat loqui:  
hoc autem ita fieri iubemus, & ideo  
quia scriptum est: *In multiloquio non  
effugies peccatum, & aibi: mors, & vi-  
ta in manibus lingue.* In illo colloquio  
seu rilitatem, & verba otiosa, ac ri-  
sum mouentia, omnino prohibe-  
mus, & vobis ad lectulos euntibus,  
Dominicam orationē, si aliquis quid  
stultum est locutus, cum humilitate,  
& puritatis deuotionem dicere iu-  
bemus.

*Vt satigati ad Matutinas non  
surgant.*

C A P. XVIII.

**F**Atigatos nempe milites non ita, vt  
vobis est manifestum, surgere ad  
matutinas conlaudamus, sed asensu  
Magistri, vel illius, cui creditum fue-  
rit à magistro, eos quiescere, & tre-  
decim orationes constitutas sic cantare,  
vt mens ipsorum voci concordet,  
iuxta illud Prophetæ *Psallite Domino  
sapienter: & illud. In conspectu ange-  
lorum psallam tibi: nos vnamis col-  
laudamus.* Hoc autem in arbitrio  
magistri semper consistere debet.

*Vt Communitas virtus inter fratres  
seruetur.*

C A P. XIX.

**L**Egitur in diuina pagina. Diuide-  
batur singulis, prout cuique opus  
erat. Ideo non dicimus vt sit perso-  
narum acceptio, sed infirmitatum de-  
bet esse consideratio. Vbi autem, qui  
minus indiget, agat Deo gratias, & no  
cōtristetur. Qui verò indiget humili-  
ter pro infirmitate, non extollatur pro  
misere-

misericordia, & ita omnia membra, erunt in pice. Hoc autem prohibemus, vt nulli immoderatam abstinentiam amplecti liceat, sed communem vitam instanter teneant,

*De qualitate & modo vestimenti.*

C A P . X X .

Gallis Bu-  
rellè ditta,

**V**estimenta autem vnius coloris temper esse iubemus, verbi gratia. Alba vel nigra, vel vt ita dicamus, burella. Omnibus autem militibus professis in hyeme & in aestate si fieri potest, alba vestimenta concedimus, vt qui tenebrosam vitam postpoluerint, per liquidam & albam tuo conditoris se reconciliari agnoscet. Quid albedo? nisi integra castitas. Castitas, securitas mentis sanitas corporis est, nisi enim vnuquisque miles castus perseverauerit: ad perpetuam requiem venire, & Deum videre non poterit, testante Paulo Apost. *Pacem sectamini cum omnibus, & castimoniam sine qua nemo videbit Dominum.* Sed quia huiusmodi indumentum arrogantiæ ac superfluitatis aestimatione carere debet, talia habere omnibus iubemus, vt solus leniter per se vestire & exuere ac calciare & discalciare valeat. Procurator huius ministerij perungili cura hoc vitare præsumat, ne nimis longa, aut nimis curta, sed mensurata ipsi vestientibus, secundū vniuersiusq. quantitatē suis fratribus tribuat. Accipientes itaq; noua, vetera semper reddant in prælenti, reponenda in camera, vel vbi frater, cuius est ministerium decreuerit, propter armigeros & clientes, & quandoque pro pauperibus.

*Quod famuli alba vestimenta, id est, pal-  
lia non habeant.*

C A P . X X I :

**H**oc nempe, quod erat in domo Dei ac suorum ministerium Templi, sine discretione ac consilio communis capituli obnoxie contradicimus, &

funditus quasi quoddam vitium peculiare amputare precipimus. Habebat enim olim famuli & armigeri alba vestimenta, ynde veniebant damna importabat. Surrexerunt namque in Vltramontanis partibus quidam pseudo-fratres, & conjugati & alij dicentes esse de templo, cum sint de mundo. Hi nempe tantas contumelias, torque damna militari ordinis adquisierunt, & clientes remanentes plurima scandalorum iri inde superbendo fecerunt. Habeant igitur assidue nigra, sed si talia non possunt inuenire habeant, qualia inueniri possunt in illa prouincia quae degunt; aut quod vilis vnius coloris comparari potest, videlicet burella.

*Quod milites remanentes tantum alba habeant.*

C A P . X X I I .

**N**Vlli ergo concessum est candidas Chlamydes deferre, aut alba pallia habere, nisi nominatis militibus Christi.

*Vt pellicibus agnorum utantur.*

C A P . X X I I I .

**D**ecreuiimus communī consilio, vt nullus frater remanens per hyemem pelles aut pelliciam vel aliquid tale quod ad vnum corporis pertineat, etiamq; coopertorium, nisi agnorum vel arietum habeat.

*Vt vetusta armigeris diuidantur.*

C A P . X X I V .

**P**rocurator vel dator pannorum; omni obseruantia veteres, semper armigeris & clientibus & quandoque pauperibus, fideliter æqualiterque erogare intendat.

*Cupiens optima, deteriora habeat.*

C A P . XXV.

**S**i aliquis frater remanens ex debito, aut ex motu superbiæ pulchra vel optima habere vo uerit, ex tali præsumptione proculdubio vilissima memebitur.

*Ut quantitas & qualitas vestimentorum serueretur:*

C A P . XXVI.

**Q**uantitatem, secundum corporum magnitudinem, largitatemque vestimentorum obseruare oportet: dator pannorum sit in hoc curiosus.

*Ut dator pannorum, in primis aequalitatem seruet.*

C A P . XXVII.

**L**ongitudinem, ut superius dictum est, cum æquali mensura; ne vel susurronum, vel criminatorum oculus aliquid notare præsumat, procurator fraterno intuitu consideret, & in omnibus supradictis Dei retributionem humiliter cogite.

*De superfluitate capillorum.*

C A P . XXVIII.

*Vide sermone exhortatoriū D. Bern. ad milites Templi c. 2. &c.*

**O**mnes fratres remanentes principali ter ita tonsos habere capillos oportet, ut regulariter, ante & retro & ordinare considerare possint: & in barba, & in gressis eadem regula indeclinabiliter obseruetur, ne superfluitas, aut facietæ vitium denotetur.

*De rostris & laqueis.*

C A P . XXIX.

**D**e rostris & laqueis manifestum est, & Gentile & cum abominabile hoc omnibus agnoscatur, prohibemus & contradicimus, ut aliquis ea non habeat, imò prorsus careat;

Alijs autem ad tempus famulantibus rostra & laqueæ & capillorum superfluitatem & vestrum immoderatum, longitudinem habere nō permittimus sed oinno contradicimus. Seruentibus eum summo conditori, munditia interius, exteriusque valde necessaria: eo ipso attestante, quia ait. *Estate mundi, quia ego mundus sum.*

*De numero equorum & armigerorum.*

C A P . XXX.

**V**NICUIQUE vestrorum militum, tres equos licet habere, quia domus Dei templique Salomonis exigua paupertas amplius non permittit in præsentiarum augere, nisi cum magistris licentia:

*Nullus armigerum gratis seruentem seriat.*

C A P . XXXI.

**S**olum autem armigerum singulis militibus eadem causa cōcedimus: sed si gratis & caritatiè ille armiger cuiquam militi fuerit, non licet eidem eum verberare, nec etiam qualibet culpa percutere,

*Qualiter ad tempus remanentes recipiantur.*

C A P . XXXII.

**O**mnibus militibus seruire Iesu Christo, animi puritate in ea dem domo ad terminum cupientibus, equos in tali negotio cottidiano idoneos, & arma, & quidquid eis necessarium fuerit, emere fideliter iubemus. Deinde vero ex vtrah; parte æqualitate seruata bonum & utile appretiari equos iudicauimus. Habeatur itaq; pretiu in scripto, ne tradatur obliuioni: Et quidquid militi vel equis eius, aut armiero erit necessarium, adiunctis & ferris equorum secundum facultatem domus, ex eadem domo fraterna.

terpa caritate impendatur. Si verò interim equos suos miles aliquo euentu in hoc seruitio amiserit; magister, & facultas domus hoc exigit, alias administret. Adueniente autem termino repatriandi, medietatem pretij, ipsi miles, diuino amore concedat. alteram ex communis fratribus, si ei placet, recipiat.

*Quod nullus iuxta propriam voluntatem incedat.*

#### C A P. XXXIII.

**C**onuenit his nempe militibus, qui nihil sibi Christo carius existimant, propter seruitium, secundum quod professi sūt, & propter gloriam summae beatitudinis, vel mētū gehennæ, vt obedientiam indefinenter magistro teneant. Tenenda est itaque, vt mox, ubi aliquid imperatum à magistro fuerit, vel ab illo, cui magister mandatum dederit, sine mora ac si diuinus imperetur, moram pati ne sciant in faciendo. De talibus enim ipsa veritas dicit. *Obauditu auris obediuit mihi.*

*Si licet ire per villam, sine iussu magistri.*

#### C A P. XXXIV.

**E**rgo hos tales milites propriam voluntatem relinquentes, & alios ad terminum seruientes deprecamus, & firmiter eis iubemus, vt sine magistris licentia vel cui creditum hoc fuerit, in villam ire non præsumant, præterquam noctu ad Sepulchrum. & ad stationes, quæ intra muros Sanctæ ciuitatis continentur.

*Si licet eum ambulare solum.*

#### C A P. XXXV.

**H**i verò ita ambulantes non sine custode, id est, milite aut fratre remanente, nec in die nec in nocte iter inchoare audeat. In exercitu namque, postquam hospitati fuerint, nullus mi-

les vel armiger aut famulus per atria aliorum militum, causa videndi, vel cum aliquo loquendi, sine iussu vt disclum est superius, incedat. Itaque cō filio obfirmamus, vt in tali domo ordinata à Deo, quod nullus secundum proprietatem militet aut quietcat, sed fecidum. Magistri imperium totus incumbat: vt illam Domini sententiam imitari valeat; qua dicit, *Nos veni facere voluntatem meam, sed eius, qui me misit.*

*Vt nullus nominatim, quod ei necessarium erit, querat.*

#### C A P. XXXVI.

**H**Anc propriè consuetudinem inter cætera adscribere iubemus, & cum omni consideratione, ob vitium querendi teneri præcipimus. Nullus igitur frater remanens, assignanter & nominatim equū aut equitaturā, vel arma querere debet. Quomodo ergo? Si verò eius infirmitas aut equorum suorum debilitas, vel armorum suorum grauitas, talis esse agnoscitur, vt sic incedere, sit damnum cōmune; veniat coram magistro, vel cui est debitum ministerium post magistrum & caussam vera fide & pura ei demonstret. Inde namque in dispositione magistri vel post eum, procuratoris, res se habeat.

*Destrenis & calcaribus &*

#### C A P. XXXVII.

**N**olumus, vt omnino aurum vel argentum, quæ sunt diuitiae peculiares, in stenis aut pectoralibus, nec calcaribus vel in strenis vñquam appareat; nec alicui fratri remanenti emere liceat. Si verò caritati talia vetera instrumenta data fuerint, aurū vel argentum taliter coletur, ne splendidus color vel decor, cæteris arrogancia videatur. Sin noua data fuerint, magister de talibus, quod voluerit, faciat.

*Tegimen*

*Tegimen in hastis, & clypeis non  
habetur.*

C A P. XXXVIII.

**T**egimen autem in clypeis, & ha-  
stis, & furellis in lanceis non ha-  
beatur. Quia hoc non proficuum, imò  
damnum nobis omnibus intelligitur.

*De licentia Magistri.*

C A P. XXXIX.

**L**ieet magistro cuiquam dare  
equos, vel arma, vel quamlibet  
rem cuilibet dare.

*De mala, & sacco:*

C A P. XL.

**S**Acculus, & mala, cum firmatura  
non conceduntur: sic exponentur,  
ne habeant absque magistri licentia,  
vel cui creduntur, domus post eū ne-  
gotia. In hoc præsenti capitulo pro-  
curatores, & per diuersas prouincias  
degentes non continentur, nec ipse  
magister intelligitur.

*De legatione litterarum.*

C A P. XLI.

**N**Vllatenus cuiquam fratum lit-  
teras liceat, a parentibus suis,  
neque à quoquam hominum, nec sibi  
inuicem accipere, vel dare, sine iusu  
magistri, vel procuratoris. Postquam  
licentiam frater habuerit, in præsentia  
magistri, si ei placet, legantur. Si verò  
& a parétribus ei quidquam directum  
fuerit, non præsumat suscipere illud,  
nisi prius indicatum fuerit magistro.  
In hoc autem capitulo magister, & do-  
mus procuratores non continentur.

*De fabulatione propriarum culparum.*

C A P. XLII.

**C**Vm omne verbum otiosum gene-  
rare agnoscatur peccatum, quid  
ipsi iactantes de proprijs culpis ante  
districtum iudicem dicturi sunt? Osten-  
dit certè propheta; Si à bonis eloquijs

propter taciturnitatē, debet interdum  
taccri, quanto magis a malis verbis,  
propter poenam peccato debet cessa-  
ri. Vetamus igitur, & audacter con-  
tradicimus, ne aliquis frater remanēs,  
vt melius dicam stultitias, quas in fe-  
culo, in militari negotio, tam enormiter  
agit, & carnis delectiones miser-  
rimarum mulierum, cū fratre suo, vel  
aliо aliquo, vel de alio commemo-  
rate audeat. Et si forè talia referentem,  
quilibet audierit, obmutescere faciat,  
vel quantocius poterit cito pede obe-  
dientiæ inde discedat, & fabularum  
venditori aurem cordis non præbeat.

*De quaestu, & acceptione.*

C A P. XLIII.

**V**Erum enim verò, si aliqua res sine  
quaestu cuilibet fratri data gratis  
fuerit, deferat magistro, vel Dapifer-  
ro, si verò aliter suus amicus, vel pa-  
rens dare nisi ad opus suum noluerit,  
hoc prorsus non recipiat, donec licen-  
tiam à Magistro suo habeat. At cui res  
data fuerit, non pigeat illum, si alteri  
datur. Imò pro certo sciat, quia si ini-  
de irascitur contra Deum agit. In hac  
autem prædicta regula ministratores  
non continentur, quibus specialiter  
hoc ministerium debetur, & concedi-  
tur de mala, & sacco.

*De manducarijs equorum:*

C A P. XLIV.

**V**Tilis res est cunctis hoc præce-  
ptum à nobis constitutum, vt in-  
declinabiliter a modò teneatur. Nul-  
lus autem frater facere præsumat man-  
ducari linea, vel lanea: idcirco prin-  
cipaliter facta, nec habeat vlla exce-  
pto perfinello.

*Vt cambiare, vel querere nullus  
audeat.*

C A P. XLV.

**N**Vnc aliud restat, vt nullus præ-  
sumat cambiare sua, frater cum  
P fratre,

fratre, siue licentia Magistri, & aliquid  
quærere, nisi frater fratri, & si res par-  
ua, vilis non magna.

*Vt nullus auem cum aue capiat, nec  
cum cupiente incedat.*

C A P . XLVI.

**Q**uod nullus autem cum aue acci-  
pere audeat, nos communiter in-  
dicamus: non conuenit enim religio-  
ni, sic cum mundanis delectationibus  
inhærente, sed Domini præcepta liben-  
ter audiare, orationi frequenter incum-  
bere, mala sua cum lacrymis, vel ge-  
mitu quotidie in oratione deo confite-  
ri. Cum homine quidem talia operan-  
te, cum accipitre, vel alia aue, nullus  
frater remanens hac principali cauila-  
re præsumat.

*Vt nullus arcu, vel balista  
percutias.*

C A P . XLVII.

**C**VM omnem religionem ire de-  
ceat simpliciter, & sine risu, hu-  
miliiter, & non multa verba, sed ratio-  
nabilia loqui, & non sic clamosa in-  
voce, specialiter iniungimus, & præ-  
cipimus omni fratri professo, ne in bo-  
lico cum arcu, aut balista iaculari au-  
deat, nec cū illo, qui hoc fecerit ideo  
pergat, nisi gratia eum custodiendi à  
perido genti i; nec cum cane sit ausus  
clamare, vel garrulare, nec equum  
suum, cupiditate accipiendi feram,  
pungat.

*Vt Leo semper seruat.*  
C A P . XLVIII.

**N**AM est certum, quod vobis spe-  
cialiter creditum est, & debitum  
pro fratribus vestris animam ponere,  
atque incredulos, qui semper Virginis  
filio minitantur, de terra delere. De  
Leone nos hoc dedimus, quia ipse  
circuit, quærens quem deuoret, &  
manus eius contra omnes, omniumq;  
manus contra eum.

*De omni re super vos quæsita  
iudicium audite.*

C A P . XLIX.

**N**Ouimus quidem persecutores  
sanctæ Ecclesæ innumerabiles  
esse; & hos qui contentionem non  
amant incessanter, crudeliulq; inquiet-  
are festinant. In hoc igitur concilij  
sententia serena consideratione pen-  
deat, vt si aliquis in partibus orienta-  
lis religionis, in quoconque alio loco  
super vos rem aliquam quæsierit; vo-  
bis, per fideles, & veri amatores iudi-  
ces audire iudicium, præcipimus; &  
quod iustum fuerit indeclinabiliter  
vobis facere præcipimus.

*Vt hec regula in omnibus teneatur.*

C A P . L.

**H**ÆC eadem regula in omnibus re-  
bus, vobis immerito ablatis, per-  
humaniter iubemus, vt teneatur.

*Quod licet omnibus militibus professis,  
terrā. & homines habere.*

C A P . LI.

**D**IUINA, vt credimus prouidentia, à  
vobis in sanctis locis sumptis ini-  
tium, hoc genus nouum religionis: vt  
videlicet religionis militiam admisce-  
ritis, & sic religio per militiam arma-  
ta procedat, & hostem sine culpa fe-  
riat. Iure igitur iudicamus, cum mili-  
ties Templi dicamini vos ipsos ob insi-  
gne meritorum, & speciale probitatis do-  
num, terram, & homines habere, &  
agricolas possidere, & iuste eos rege-  
re, & institutum debitum vobis spe-  
cialiter debetur impendi.

*Vt male habentibus cura peruvigil  
habeatur.*

C A P . LII.

**M**ALE habentibus fratribus supra  
omnia adhibenda est cura per-  
vigil, & quasi Christo eis seruiatur, vt  
illud

illud Euangelium, *Infirmus sui, & visitasti me*, memoriter teneatur. Hi etenim diligenter, ac patienter portandi sunt, quia de talibus superna retributio indubitanter adquiritur.

*Vt infirmis necessaria semper dentur.*

C A P. LIII.

**P**rocuratoribus verò infirmantium omni obseruantia atque per vigili cura præcipimus, ut quæcumque sustentationi diuersarum infirmitatū sūt necessaria, fideliter, ac diligenter iuxta domum facultatem eis administrent, verbi gratia carnem, & volatilia, & cetera; donec sanitati reddantur.

*Vt alter alterum ad iram non prouocet.*

C A P. LIV.

**P**recaendum nempe nō modicum est, ne aliquis aliquem commouere ad iram præsumat, quia propinquitatis, & diuinæ fraternitatis tam pauperes, quam potentes, summa clementia æqualiter astrinxit.

*Quomodo fratres coniugati habeantur.*

C A P. LV.

**F**ratres autem coniugatos hoc modo habere vobis permittimus, ut si fraternitatis vestræ beneficium, & participationem petunt, uterque suæ substantiæ portionem, & quidquid amplius adquisierint, unitati communis Capituli post mortem concedant, & interim honestam vitam exerceant, & bonum agere fratribus studeant, sed ueste candida, ex chlamyde alba non incendant. Si verò maritus ante obierit, partem suam fratribus relinquat, & coniux de altera vitæ sustentamentum habeat. Hoc enim iniustum confidamus, ut cum fratribus Deo castitatem promittentibus, fratres huiusmodi in una eademque domo maneant.

*Vt amplius sorores non coadunentur maribus.*

C A P. LVI.

**S**orores quidem amplius periculose sunt est coadunare: quia antiquis hostis foemineo consortio complures expulit a recto tramite paradisi. Itaq; fratres carissimi, ut integratis flos inter vos semper appareat, hac consuetudine amodò vt non liceat.

*Vt fratres Templi cum excommunicatis non participent.*

C A P. LVII.

**H**oc fratres valde caendum, atq; timendum est; ne aliquis ex Christi militibus homini excommunicato nominatim, ac publicè aliquo modo se iungere, aut res suas accipere præsumat, ne anathema maranatha similiter fiat. Si verò interdictus tantum fuerit cum eo participationem habere, rem suam caritatiè accipere non immetit licebit.

*Qualiter milites seculares recipiantur.*

C A P. LVIII.

**S**i quis miles ex massa perditionis; vel alter secularis, seculo volens renunciare, vestram communionem, & vitam velit eligere, non ei statim assentiatur: Sed iuxra illud Pauli: *Probate spiritus si ex Deo sunt*, & sic ei ingressus concedatur. Legatur igitur regula in eius præsentia, & si ipse præceptis expositæ regulæ diligenter obtemperauerit, tunc si Magistro, & fratribus eius recipere placuerit, conuocatis fratribus, desiderium, & petitio nem suam cunctis, animi puritate patefaciat. Deinde verò terminus probationis in consideratione. & prouidentia Magistri, secundum honestatem vitæ petentis, omnino pendeat.

*Vt omnes fratres ad secretum Concilium non vocentur.*

C A P. LIX.

**N**on semper omnes fratres ad concilium conuocare iubemus, sed quos idoneos. & cōsilio prouidios magister cognoverit. Cū autem de maioribus tractare voluerit, vt est dare communem terram, vel de ipso ordine disceptare, aut fratrem recipere, tunc omnem congregationem, si Magistro placet, conuocare est competens; auditioque communis capituli consilio, quod melius, & utilius Magister considerauerit, illud agatur.

*Quod cum silentio orare debeant.*

C A P. LX.

**Q**mns fratres, prout animi, & corporis aff. etus postulauerit, stan do, vel sedendo. tamen summa cum reverentia, simpliciter, & non clamose, vt vnu's alium non confundet, communi consilio iubemus.

*Vt fidem seruientium accipiant.*

C A P. LXI.

**A**gnouimus nempe complures ex diuersis prouincijs tam clientes, quam armigeros pro animarum salute animo seruenti, ad terminum cupientes in domo nostra mancipari. Vtile est autem, vt fidem eorum accipiantis, ne forte veternus hostis, in Dei seruicio aliqui furtiu's, vel indecenter eis intimet, vel à bono proposito repente exterminet.

*Vt pueri, quamdiu sunt parui, non accipiuntur inter fratres Templi.*

C A P. LXII.

**Q**vamvis regula sacerdotum patrum pueros in congregatione permittat habere, nos de talibus non conlau-

damus vñquam vos onerare. Qui vero filium suum, vel propinquum, in militari religione per humaniter dare voluerit, vsque ad annos, quib. viriliter armata manu possit inimicos Christi de terra sancta delere, eum nutriat. Dehinc secundum regulam in medio fratum, pater, vel parentes eum statuant, & suam petitionem cunctis patefaciant. Melius est enim in pueritia non vovere, quam posteaquam viratus fuerit enormiter retrahere.

*Vt senes semper venerentur,*

C A P. LXIII.

**S**enes autem pia consideratione secundum virium imbecillitatem, supportare, ac diligenter honoretur oportet. Et nullatenus in his, quæ corporis sunt necessaria, districte teneantur; tamen salua auctoritate regulæ.

*De fratribus qui per diuersas prouincias proficiuntur.*

C A P. LXIV.

**F**ratres vero qui per diuersas provincias diriguntur; regulam, in qua tum vires experti seruare in cibo, & potu, & cæteris studeant & irreprehensibiliter vivant; vt ab his qui foris sunt, bonum testimonium habeant; Religionis propositorum nec verbō, nec actu polluant, sed maximè omnibus, quibus se coniunxerint, sapientiæ, & bonorum opérum exemplum, & condimentum præbeant; Apud quem hospitari decreuerint fama optima sit decoratus; & si fieri potest, domus hospitis in illa nocte, careat lumine, ne tenebrofus hostis occasionem aliquam, quod absit, inferat. Vbi autem milites non excommunicatos congregare audierint, illuc pergere, non considerantes tam temporalem utilitatem, quam externam animarum illorum salutem dicimus. Illis autem fratribus in ultramarinis partibus spe subuentionis ita directis: hac conuentione eos qui mili-

militari ordini sciungere perhumaniter voluerint, recipere collaudamus: ut in praesentia Episcopi filius prouinciae, uterque conueniat, & voluntatem petentis præsul audiat. Audita itaque petiti nemittat eum frater ad Magistrum; & ad fratres qui sunt in Templo, quod est in Ierusalem: & si vita eius est honesta talique consortio digna, misericorditer suscipiat, si magistro, & fratribus bonum videtur. Si vero interim obierit, pro labore, & fatigacione, quasi vni ex fratribus totum beneficium, & fraternitas pauperum, & commilitonum Christi ei impendatur.

*Vt vietus equaliter omnibus distribuatur.*

#### C A P. LXV.

**I**llud quoque congrue, & rationabiliter manu tenendum censemus, ut omnibus fratribus remanentibus, vietus secundum loci facultatem, aequaliter tribuatur, non enim est utilis personarum acceptio, sed infirmatum necessaria est consideratio.

*Vt milites Templi decimas habeant.*

#### C A P. LXVI.

**C**redimus namque relictis affluentibus divitijs, vos spontaneæ pauperiatis esse subiectos, unde decimas vobis communis vita viuentibus iustè habere, hoc modo demonstrauimus. Si Episcopus Ecclesie, cui decima iure debetur, vobis caritatius eam dare voluerit, assensu illius capituli, de illis decimis, quas tunc Ecclesia possidere videtur, vobis tributere debet. Si autem laicus quilibet adhuc illam ex patrimonio suo damnableiter amplectitur, & seipsum in hoc valide redarguens, vobis eandem reliquerit, ad nutum eius qui præstantum, sine consensu capituli id agere potest.

*De leuisbus, & grauibus culpis.*

#### C A P. LXVII.

**S**i aliquis frater loquendo, vel militando, vel aliter aliquid leue deliquerit, ipse ultrò delictum suum satisfaciendo magistro ostendat. De leuisbus si consuetudinem non habeant, leuem poenitentiam habeat. Si vero eo tacente per aliquem aliud culpa cognita fuerit, maiori, & evidenter subiaceat disciplina, & emendationi. Si autem graue erit delictum retrahatur à familiaritate fratrum, nec cum illis simul in eadem mensa edat, sed solus refectionem sumat, dispensationi, & iudicio magistri totum incumbat, vt saluus in iudicij die permaneat.

*Qua culpa frater amplius non recipiatur.*

#### C A P. LXVIII.

**A**nte omnia prouidendum est, ne quis frater potens, aut impotens, fortis, aut debilis, volens se exaltare, & paullatim superbire, ac culpam suam defendere, indiscretus remaneat, sed si emendare voluerit, ei distrieretur correptio accedat. Quod si prijs admonitionibus, & fusis pro eo orationibus emendare noluerit, sed in superbia magis, ac magis exerexit, tunc secundum Apostolum de pio eradiceatur grege, *Austerite malum ex vobis: Baculus, & virga infilium ouis moribunda remoueatur. Cæ gnia Magisterum Magister, qui baculum & virginem manu tenere debet; baculum videlicet quo aliorum virium imbecillitates sustentet: Virgam quoque, qua virtus delinquentium zelo rectitudinis feriat, consilio Patriarchæ & spirituali consideratione id agere studeat: ne, ut ait B. Maximus, aut solutior lenitas cohibentiam peccantis, aut immoderata severitas à lapso non reuocet delinquentem.*

Vi à Paschali solemnitate, usq; ad festum  
omnium Sanctorum, vnam cami-  
siam lineam tantum sumere  
habeat.

## C A P. L X I X .

**I**n terea quod nimis ardorem orien-  
talis regionis misericorditer con-  
sideramus, vt à Paschali festiuitate us-  
que ad omnium Sanctorum solemni-  
tatem, vnicuique vna camisia linea-  
tantum, non ex debito, sed ex sola  
gratia detur, illi dico, qui ea vti vo-  
luerit. Alio autem tempore genera-  
liter omnes camisis laneas habeat.

*Quot, & quales panni in lecto sine  
necessarij.*

## C A P. L X X .

**S**ingulorum quidem non aliter per  
singulos lectos dormitorium esse,  
nisi maxima caussa, vel necessitas eue-  
nerit, communis consilio collaudamus,  
lectualia, vel lectisternia moderata  
dispensatione magistri vniusquisque  
habeat. Credimus enim prorsus, sac-  
cum, culcitram, & coopertorium  
vnicuique sufficere. Qui verò ex his  
vno carebit, carpitam habeat, & in  
omni tempore tegmine lineo. id est  
veluso frui benè licebit. Vestiti au-  
tem camisis dormiant, & femo-  
ralibus semper dormiant.

Dormientibus itaque  
fratribus iugiter  
vsque ma-  
ne,  
nunquam desit  
lucerna.

De vitanda murmuratione:

## C A P. L X X I .

**A**Emulationes inuidas, liuore, mur-  
mur, susurrationem detractiones,  
diuina admonitione vitare, & quasi  
quandam peitem fugere vobis præci-  
pimus. Studeat igitur vnuisque vi-  
gilanti animo, ne fratrem suum clame  
culpet, aut reprehendat, sed illud Apo-  
stoli studiosè secum animaduertat. Ne  
sis criminator, ne susurro in populo. Cum  
autem fratrem liquide aliquid peccas-  
se agnoverit, pacifice, & fraterna pie-  
tate iuxta Domini præceptum inter se  
& illum solum corripiat. Et si eum  
non audierit, alium fratrem adhibeat:  
sed si vtrumque contempserit, in con-  
ueniu publicè obiurgetur coram om-  
nibus. Magnæ enim cæcitatibus sunt,  
qui alijs detrahunt, & nimis infelici-  
tatis sunt qui se à liuore minimè custo-  
diunt, vnde in antiquam versuti hostis  
nequitiam demerguntur.

*Ut omnium mulierum fugiantur oscula.*

## C A P. L X X I I .

**P**ericulosum esse credimus omni  
religioni, vultum mulierum nimis  
attendere, & ideo nec Vidiuā, nec Vir-  
ginem, nec Matrem, nec Sororem, nec  
amitam, nec vilam aliam fœminā ali-  
quis frater osculari præsumat. Fugiat  
ergo fœminea oscula Christi militia,  
per quæ solent homines sèpè pericli-  
tari, vt pura conscientia, & secura vi-  
ta, in conspectu Domini perenniter va-  
leat conuersari.

F I N I S.

INDEX  
ORDINVM EQVESTRIVM.

<b>A</b>		<i>Crucis apud Burgundos.</i>	83
<b>A</b> <i>Lcantaræ Ordo Equestris apud Legionenses. fol.</i>	44	<i>Cygni apud Brabantos.</i>	60
<i>S. Andreæ apud Scotos.</i>	63	<i>Cypri Equitum.</i>	65
<i>Annuntiationis apud Sabaudos.</i>	57	<i>Disciplinæ apud Austrios.</i>	69
<i>S. Antonij in Æthiopia.</i>	82	<i>S. Dominici, sive Iesu Christi.</i>	46
<i>S. Antonij in Gallia, Italia.</i>	82	<i>Draconis apud Germanos, &amp; Hungaros.</i>	68
<i>Armenij apud Neapolitanos.</i>	77	<i>Duplares.</i>	2
<i>Armigeri Gal. Escueurs, Hisp. Infancones; Belgicæ, incheers dicti.</i>	9.10.11.12.13.14.15.	<i>Eborenses.</i>	51
<i>Augustales Equites.</i>	1	<i>Elephantis apud Danos.</i>	65
<i>Auisij apud Lusitanos.</i>	51	<i>Equestris dignitas, nobilitas.</i>	8
<i>Aurati.</i>	3.14.15	<i>Equites colapho creati.</i>	3. & seq.
<i>Auriculares in India.</i>	91	<i>Equites in Regno Sicilæ.</i>	76
<b>B</b>		<i>Equites ex censu.</i>	6
<b>B</b> <i>Accalaurei.</i>	13	<i>Equitum ordines varij.</i>	1.15.16
<i>Balnei in anglia, &amp; Francia.</i>		<i>Equitum tria genera: Itali Croce,</i>	
4.5.54.55.		<i>di Collana, &amp; di Sprone. Gall. de</i>	
<i>Bandæ apud Hispanos.</i>	49	<i>Maille, Raile, &amp; Paille vociant.</i>	15
<i>Baneretti.</i>	12.13	<i>Galli Gallinacei apud Fracos.</i>	27.28
<i>S. Blasij in Terra Sancta.</i>	38	<i>Garterij, sive S. Georgij apud Anglos.</i>	52
<b>C</b>		<i>S. Georgij apud Austrios, &amp; Carinthios.</i>	
<i>Calatravae in Regno Toletano.</i>	43	<i>Genuenses. 50. Romanos, &amp; alios.</i>	
<i>Calze apud Venetos.</i>	50	<i>S. Cereonis in Palestina.</i>	
<i>Canis apud Montmoreciacos in Galicia.</i>	27	<i>Ginetæ apud Francos.</i>	29
<i>Cardui apud Bourbonos.</i>	61	<i>Gladij apud Suecos.</i>	71
<i>Cardui apud Scotos.</i>	63	<i>Gladiferi apud Luonios.</i>	39
<i>S. Catharinæ.</i>	24	<i>Hierosolymitani.</i>	31
<i>Christi apud Linones, &amp; Lusitanos.</i>		<i>Honorarij.</i>	15
39.49.		<i>Hungariæ Equites Cruce viridi distincti.</i>	
<i>Clauicularij.</i>	2		70
<i>Cochleares.</i>	73	<i>Hystricis in Ducatu Aurelianensi.</i>	
<i>Columba apud Castellanos.</i>	68	60.	
<i>Cornicularij.</i>	2	<i>Hospitalarij.</i>	31.32
<i>Commentarienses.</i>	2	<i>S. Iacobi in Hispania.</i>	41
<i>Commentales.</i>	2	<i>Iesu Christi in Italia contra Albigenes.</i>	
<i>Crucigeri.</i>	15.32.35	<i>S. Ioan-</i>	

<i>S. Ioannis Ierosolymitani.</i>	31	<i>Palmerini Equites.</i>	43
<i>Sancti Joannis Acconensis, siue Sancti Thomae.</i>	37	<i>S. Petri apud Romanos.</i>	81
<i>Sancti Joanni de Pirario, siue Alcantaræ.</i>	45	<i>S. Pauli apud Romanos.</i>	81
<i>Iulij apud Rom.</i>	80	<i>Periscelidis, siue Garterij apud Anglos.</i>	52
<i>Lauretani apud Italos.</i>	82	<i>Tænitetiæ SS. Martyrum in Syria.</i>	38
<i>S. Laurentij.</i>		<i>Pij apud Romanos.</i>	81
<i>S. Lazari apud Gallos, et Sab.</i> 24.25		<i>Ramnenses.</i>	1
<i>Lilij apud Nauarros.</i>	30	<i>Rationis in Regno Castellæ.</i>	68
<i>Lilij apud Romanos.</i>	80	<i>Redemptoris Iesu Christi in Ducatu Mantua.</i>	89
<i>Lilij Gryphi, siue Farræ S. Mariae apud Castellanos.</i>	30	<i>Rici homines milites.</i>	11
<i>Luceres.</i>	2	<i>Rhodij, siue Melitenenses.</i>	31
<i>Luna crescentis apud Andeganenses, &amp; Neapolitanos.</i>	75	<i>Romani Equites.</i>	1
<i>S. Marci Equites apud Venetos.</i>	50	<i>Rudarij.</i>	1
<i>Mariani.</i>	35	<i>Rute in Regno Scotiæ.</i>	63
<i>Beatae Mariæ gloriose, siue Matris Domini apud Italos.</i>	48	<i>S. Saluatoris in Aragonia.</i>	38
<i>S. Marie de Mercede, &amp; Redemptio ne Captiuorum in Aragonia.</i>	46	<i>Scama in Hispania.</i>	50
<i>S.M. siue Cardui apud Borbonios.</i>	61	<i>Scutiferi Gothis Schilpor.</i>	14
<i>S.M. siue Elephati apud Danos.</i>	65	<i>S. Sepulchri Christi in Ierusalæ antiqui, &amp; moderni Equites.</i>	20
<i>S. Mariae de Monte Carmelo, &amp; S. Lazari in Gallia.</i>	26	<i>S. Sepulchri apud Italos.</i>	26
<i>S. Mauritiij, &amp; S. Lazari apud Sa baudos.</i>	24.26	<i>Seraphici in Regno Sueciæ.</i>	70
<i>Melitenenses, siue Rhodij.</i>	31	<i>Spicæ in Ducatu Britannia.</i>	71
<i>Mense rotundæ, siue Orbicularis in Regno Britannia.</i>	53	<i>Sparti.</i>	30
<i>Mesiadarij.</i>	11	<i>S. Spiritus apud Fræc. &amp; Rom.</i>	86
<i>Michaelis apud Francos.</i>	78	<i>S. Spiritus in Saxia.</i>	80
<i>Militum filij Infantes dicti.</i>	12	<i>Stellæ apud Francos.</i>	36
<i>Militæ Christianæ.</i>	90	<i>Solidarij.</i>	1
<i>Monozoni.</i>	4	<i>S. Steph. in mag. Ducatu Etrur.</i>	85
<i>Montesia in Regno Valentino.</i>	48	<i>Tatienenses.</i>	1
<i>Montis Gaudijs, siue de Monfrac, &amp; Mongoia, in Regno Ierosolymitanico, &amp; Castellano.</i>	38	<i>Tecuyli Equites in India.</i>	91
<i>Navales.</i>	73	<i>Templarij.</i> 34. Eorū statuta.	106
<i>Nodi apud Neapolitanos.</i>	55	<i>Teutonici in Syria, Germania, Prussia, &amp; Livonia.</i>	35.40
		<i>Torquati.</i>	215
		<i>Truchillenses.</i>	39
		<i>S. Thoma in Palestina.</i>	38
		<i>Tusini in Regno Bohemiae.</i>	69
		<i>Velleris aurei apud Burgundos, &amp; Austrrios.</i>	58
		<i>Vexillarij.</i>	13.14







